In dei nomine Nouerint vniuersi quod die veneris intitulata quarto nonas Madii Anno domini M° ccc° L° secundo In crastinum Sancte Crucis Mensis Madii Anni eiusdem fuit inceptum et conuocatum generale Capitulum in ecclesia barchinone per trinam pulsationem simbali et in domo Capitulari eiusdem ecclesie prout moris est Et prout iuxta tenorem constitutionum dicte ecclesie est alias fieri consuetum per venerabilem long[er]ium de papiolo Archidiaconum penitensem in ecclesia barchinone vices gerente honorabilis viri ffrancisci Ruffacii decretorum doctoris Sacristani Tholetani et barchinone Canonicus vicarius in spiritualibus et temporalibus generalis Reuerendi in christo patris domini Michaelis diuina prouidentia barchinonensis Episcopi in remotis agentis Et conuenerunt ad predictum Capitulum venerabiles Canonici eiusdem Ecclesie videlicet Gaufridus de Sancta Eugenia Archidiaconus vallensis Arnaldus de bussguenis doctor legum Guillelmus de Sancto Vincentio Petrus de Caneto ffranciscus Sala Bartholomeus cathelani Longarius rubi Raymundus romi Junior Johannes ricomani Petrus alguyrini Petrus bramona Raymundus ferarii Galcerandus de podio batone Et confestim Ibidem ipsum generale Capitulum celebrantes in legendo constitutiones eiusdem ecclesie et alias in quibusdam tractatibus vacarunt et ad aliud non processerunt huius Capitulum ad diem crastinam que erit dies Sabbati prorogarunt cum continuatione dierum sequentium

Vide signum ra[tione] libri isti

Dicta die Sabbati intitulata iii nonas Madii Anno predicto in predicta domo seu Capitulo conuenerunt pro Capitulo generali celebrando venerabilis Bngarius de papiolo vices gerens predictus et honorabiles et discreti viri domini Jacobus de sancto Clemente precentor ecclesie barchinone Gaufridus de Sancta Eugenia Archidiaconus vallensis Arnaldus de busquenis doctor legum Guillelmus de Sancto Vincentio Petrus de Caneto ffranciscus Sala Bartholomeus Cathalani Bngarius rubi Raymundus romi junior Johannes ricomani Petrus alguyrini Petrus bramona Raymundus ferarii et Galcerandus de podio batone Canonici dicte Sedis Et in ipsa die prorogarunt terminum cuiusdam constitutionis edite per dominum dominum ffranciscum ruffacii vicarium qui super facere super capis pluuialibus fiendis et cetera a prima die mensis Junii proximum venturi usque ad annum proxime instantem et nichil aliud processum fuit ipsa die Saluo quod prorogarunt terminum ad Capitulum celebrandum ad diem Martis proxime subsequentem cum continuatione dierum

prorogatur terminus super capis fiendis

Dicta die Martis intitulata Octauo Idus Madii anno prefato in predicta domo seu Capitulo conuenerunt pro Capitulo generali celebrando dictus dominus vices gerens et prelibati Canonici et nichil quo ad presentem diem fuit processum set fuit continuatum per dictos dominum vices gerentem et Capitulum ad diem Crastinam que erit dies Mercurii cum continuatione dierum sequentium

[I]n die Mercurii que fuit septimo idus Madii eiusdem anni convenerunt predicti domini gerentes vices et Canonici pro celebrando Capitulo generali in predicta domo et nichil quo ad presentem diem fuit processum set fuit continuatum prefatum Capitulum ad diem Sabbati proximum cum continuacione dierum sequencium

Et fuit continuatum ad diem veneris proximam

In qua die veneris intitulata kalendas Junii Anno quo supra Convenerunt predicti venerabiles Canonici pro Capitulo celebrando in dicta domo et nichil processerunt in ipso excepto quod prorogarunt predictum Capitulum ad diem Sabbati proximum cum continuacione dierum sequencium

Vicarius [illegible] [illegible] Marcii

Et eadem die predictus honorabilis vir dominus Franciscus Ruffacii vicarius qui supra ad instanciam et requisitionem predictorum venerabilis Capituli emparavit et sequestravit Bngario Sabovit omnes redditus fructus et proventus penes ipsum Bngarium Saborit beneficiatum in sede Barchinone procuratorem et collectorem fructuum redditum et proventuum prepositure mensis Marcii in sede Barchinone existentes perceptos scilicet et percipiendos decreto nemini de ipsis tradendo absque voluntate et licencia predicti domini vicarii

Item ordinaverunt dicti domini vicarius et Capitulum quod diachonus et subdiachonus et dormitorarius ipsius ecclesie Barchinone faciant et facere teneantur annuatim infra octabas pasche singula anniversaria videlicet diachonus unum de tribus morabatinis feria secunda post pascha et dormitorarius aliud de aliis tribus morabatinis feria tercia sequenti et subdiachonus aliud de uno morabatino in quarta feria subsequenti ad quequidem anniversaria facienda teneantur quamdiu recepint de anniversariis et distribucionibus que dantur et dabuntur in choro ipsius ecclesie intersentibus divino officio et non aliter quod si dicta anniversaria dicti diachonus et subdiachonus et dormitorarius prout supra ordinatum est facere noluerint eis de dictis anniversariis et distribucionibus nichil detur

de anniversariis diaconi subdiaconi et dormitorarii ecclesie anni [illegible]

#

Item ordinaverunt dicti venerabiles Bartholomeus Cathelani Canonicus et Simo de Ulmo beneficiatus ecclesie Barchinone sint cognitores permutacionis fiende de quibusdam redditibus quos venerabilis Bnardus de Palaciolo vult permutare cum prepositis mensium Februarii Augusti et Decembris quequidem redditus sunt in territorio ville Granullariorum

Assignacio [illegible] ad permutacionem reddituum prepositure Februarii Augusti [illegible]

Item eadem die fuit assignati venerabiles Bartholomeus Cathelani et Petrus Bramona super stabilimento fiendo de hospicio Monachi quod est in Frania

Assignacio [illegible] ad stabiliendum hospicium Monachi

Assignacio ad [illegible] [illegible] prepositure Decembris

Item eadem die fuit assignati venerabiles Bartholomeus Cathelani Canonicus et Simo de Ulmo beneficiatus in ecclesia Barchinone super redactione quorundam agrariorum ad censum que sunt in valle Luparia et in toto vallo que sunt de prepositura mensis Decembris

Assignacio [illegible] ad [illegible] [illegible] prepositure Aprilis

Item fuit assignati venerabiles Bngarius Rubei et Petrus Bramona super reposicione fienda de quibusdam morabatinis qui tenentur per preposituram mensis Aprilis qui debentur cuidam pro quodam beneficio quod est in ecclesia Sancti Justi

[illegible] assignacio [illegible] ad [illegible] morabatinos [illegible]

Item fuit assignati venerabiles Jaufredus de Sancta Eugenia Archidiachonus Vallensis et Petrus Bramona Canonicus super permutacione fienda de quibusdam morabatinis qui sunt in Blanquia qui tenentur per reverendum dominum Episcopum Barchinone

Dacio fideiussorum [illegible]

Die veneris intitulata xxi die mensis Julii Anno domini M° CCC° L secundo venerabilis dominus Bnardus de Olivis prepositus mensis Marcii dedit fideiussores pro sindicatu faciendo dicte sue prepositure videlicet Raymundum Rocha Johannem Valles Petrum de Castellario Bngarium Saborit Bnardum Fra Arnaldum Palou Guillelmum Sauleda Dominicum Sagui [illegible] Rossell Bitxo R. [illegible] Ça Plana beneficiatos ecclesie Barchinone

Dacio fideiussorum [illegible]

Item eadem die venerabilis Raymundus Romi prepositus mensis Augusti dedit fideiussores videlicet venerabilem Bngarium de Papiolo Archidiaconum Penitensem et Petrum de Caneto

Dacio fideiussorum [illegible]

Item eadem die venerabilis Petrus de Caneto prepositus mensis Februarii dedit fideiussores venerabiles Raymundum Romi et Arnaldum de Busquets legum doctorem

Dacio fideiussorum [illegible]

Die lune intitulata xxiii die mensis Julii anni predicti inclitus dominus Jacobus de Aragonia prepositus mensis Aprilis dedit fideiussores pro faciendo sindicatu complete dicte prepositure venerabiles dominos Jacobum de Sancto Clemente precentorem ecclesie Barchinone et dominum Franciscum Ruffacii Canonicum eiusdem sedis et dominum Arnaldum Gibert Canonicum Segobiensem et dominum Raymundum Romi Canonicum eiusdem sedis Barchinone

1353

[I]n dei nomine Noverint universi quod die sab-
bati qua computabatur Kalendas Marcii mensis Mar-
cii anno domini M° CCC° L° iij° conuoca-
to venerabili Capitulo Sedis barchinonensis per
ternam pulsacionem campane prout moris
est pro celebrando generali Capitulo quod
iuxta constitucionem barchinonensis ecclesie debet et
consueuit annis singulis in Crastinum beate
Crucis mensis Madii celebrari Conue-
nerunt in quadam domo noua que Capi-
tulum appellatur pro dicto Capitulo cele-
brando venerabiles Franciscus ruffacii de-
cretorum doctor vicarius generalis in spiritua-
libus et temporalibus Reuerendi in Christo patris
et domini Michaelis diuina prouidencia barchinonensis
Episcopi in remotis agentis Jacobus de Sancto
clemente precentor Berengarius de papiolo
Archidiachonus penitensis Jaufredus de Sancta
Eugenia Archidiachonus vallensis Raymun-
dus romi senior Arnaldus de busquetis
legum doctor petrus de caneto Guillelmus
de Sancto vincencio Franciscus sala Bartho-
lomeus cathalani Berengarius rubei petrus
alguyrini Bernardus de oliuis Galcerandus
de podio bachone Bertrandus de pinchia
petrus bramona Raymundus Ferarii Ca-
nonici dicte Sedis

Et licet preter quibusdam constitucionibus circa
eis cum finita essent officia dicte ecclesie que per
Episcopum et Capitulum barchinonensis in generali eius-
dem ecclesie Capitulo de biennio in biennium
commitui consueuerunt ad committendum eadem
officia prout inferius sequitur processerunt

Et primo ordinauerunt quod venerabiles domini
Arnaldus de busquetis et Bartholomeus cath-
lani sint procuratores Elemosine pauperum dicte
Sedis

Item ordinauerunt quod discreti petrus felicis et
Berengarius saborit beneficiati in dicta Sede
sint subprocuratores eorundem dominorum procurato-
rum Et quod discretus Raymundus golteres sit
subprocurator dictorum procuratorum ad colligen-
da censualia que dicta Elemosina in Ciui-
tate barchinonensis percipit

Item ordinauerunt quod venerabilis Franciscus
sala sit caritaterius et subprocurator eius pe-
trus de canoli

Item ordinauerunt quod venerabiles petrus de
caneto et petrus bramona sint procurato-
res operis dicte ecclesie et subprocuratores dicti
operis Bernardus sarra et Arnaldus oller

Item ordinauerunt quod venerabiles Berengarius ru-
bei et petrus alguyrini sint suppositi sacra-
mentalis

Item ordinauerunt quod venerabiles Raymundus
romi senior et Guillelmus de Sancto vincencio
sint procuratores subsacreste et teneat Si-
gillum Capituli Et quod possint ponere
subprocuratores quos uolunt

Item ordinauerunt quod discretus petrus isern
beneficiatus dicte Sedis sit administrator
et distributor Anniuersariorum dicte Sedis

Item ordinauerunt quod discretus Bernardus
parera beneficiatus dicte Sedis sit adminis-
trator et distributor caritatum mane uota-
rum

auditores compotorum

Item ordinauerunt quod venerabiles Jaufredus
de Sancta Eugenia Archidiaconus vallensis
et Bartholomeus sint auditores compotorum
dicte Elemosine

Item ordinaunt quod venerabiles Arnaldus
de busquetis legum doctor et Berengarius
rubei Canonici sint auditores ^compotorum^ operis dicte
Sedis

Item ordinaunt quod venerabiles Berengarius de pa-
piolo Archidiaconus penitensis et Guillelmus de
Sancto vincencio sint auditores compotorum do-
mus caritatis dicte Sedis

Item ordinaunt quod venerabiles petrus Algui-
rini et Raymundus Ferarii Canonici sint au-
ditores compotorum Anniuersariorum dicte Sedis

auditores compotorum

Item concesserunt venerabiles vicarius et Capi-
tulum ecclesie barchinonensis porcionem canonicam
magistro Sancio Hendam et recipiendam
in absencia ipso tamen existente in seruicio in-
cliti domini Jacobi de Aragonia Canonici bar-
chinonensis et filii inclitis domini Infantis petri a
die Sancti Michaelis proxime uenturi usque ad duos
annos proximum et continue secuturos quod fuit
actum et concessum eidem magistro Sancio Octa-
ua die mensis Madii anno domini M° CCC° L° tercio

concedit porcionem canonicam absenti ... Canonici

Item fuit prorogata illa constitucio de capis
pluuialibus faciendis que incipit Item statui-
mus et cetera et hoc de consensu domini vicarii et
Capituli ecclesie barchinonensis a prima die mensis
Junii usque ad unum annum proximum et continue
secuturum quod fuit actum in capitulo generali
Nona die mensis Madii anno domini M° CCC° L° iij°
Et in ipsa die fuit Capitulum generale finitum

prorogatur constitucio de capis faciendis

Item ordinauerunt quod Raymundus golteres bene-
ficiatus dicte Sedis sit custos cori dicte ecclesie
et distributor Elemosine que fit in choro eius-
dem ecclesie ^et quod recipiat quecumque et colligat in terris beate Marie et illos gubernet^ et fuit sibi concessum ad vitam
si bene fecerit

ordinatur custos cori ...

Concedunt xi libr. cuidam presbitero infirmo de bonis elemosine

Item die sabbati intitulata xvij die mensis junij anno domini M° CCC° L° iiij°. Venerabiles vicarius et Capitulum ecclesie barchinonensis concesserunt graciose Bonanato Dom... presbitero dioc. barchinonensis quod toto tempore vite sue quamdiu passus fuerit illa infirmitate qua nunc habeat et recipiat in Elemosina sedis predicte undecim libr. pro capellania quas sibi teneatur dare quolibet anno procurator dicte Elemosine. Et tamen quod non celebret missam quamdiu habuerit illa infirmitate

Concedunt prebendam unius canonici absentis in studio

Item concesserunt venerabiles vicarius et Capitulum Ecclesie barchinonensis prebendam venerabili Francisco Sala Canonico barchinonensi per eum habendam et recipiendam in absencia a prima die mensis junij anni domini M° CCC° L° iiij° proxime venienti usque ad triennium inantea et proxime sequturum ipso tamen existente in aliquo studio generali quod fuit actum et concessum Sexta decima die mensis Septembris anno domini M° CCC° L° iiij°.

Ordinatur hospicium in quo moratur R. Vinnas dirruatur satisfiat capitulo et decano

Item ordinaverunt venerabiles vicarius et Capitulum ecclesie barchinonensis quod illud hospicium quod venerabilis Raymundus Vomi junior obtinet in placea inter Sedem et Claustrum novum dicte ecclesie penitus diruatur et hoc in favorem utilitatem et amplificationem operis dicte Sedis barchinonensis Ita tamen quod fiat satisfactio pro dicto hospicio diruendo honorabili Capitulo et decano ecclesie barchinonensis ad quem decanum pertinet collacio predicti hospicii et hoc fiat ad cognicionem dictorum dominorum de capitulo vel illorum quibus ipsi domini de capitulo commissionem fecerint

1354/ In dei nomine. Noverint universi. Quod die lune qua computabatur tercio nonas madij. Anno domini. Millesimo. CCC°. Quinquagesimo quarto. Convocato honorabili capitulo sedis barch. per trinam pulsacionem campane prout moris est pro celebrando capitulo generali quod iuxta constituciones barchinonensis Ecclesie debet et consuevit annis singulis in crastinum festi sancte crucis mensis madij celebrari. Convenerunt in quadam domo nova que capitulum appellatur pro dicto generali capitulo celebrando. Venerabiles Franciscus Ruffiey decretorum doctor. vicarius generalis in spiritualibus et temporalibus Reverendi in Christo patris et domini Michalis divina providencia barchinonensis Episcopi. in remotis agentis. Jacobus de Sancto Clemente precentor. Ungarius de Papiolo Archidiaconus Penitens. Jaufredus de Sancta Eugenia Archidiaconus Vallensis. Raymundus Romei senior. Arnaldus de Busquets legum doctor. Guillelmus de Sancto Vincencio. Bartholomeus Cathalani. Petrus Bramona. Petrus Alquirini. Galcerandus de Podio Bachone. Raymundus. F. Julianus de Prata. Johannes Ricommini. et Huchus Pereri Canonici dicte sedis.

Et lectis prius quibusdam constitucionibus que legende erant in ipso capitulo. iuxta quandam constitucionem super hoc editam et officia dicte Ecclesie non essent finita processerunt ut sequitur.

Concedit prebendam unius canonici in studium

Et primo graciose concesserunt venerabili Guillelmo de Tagamanet Canonico barch. prebendam per eum habendam et recipiendam in absencia a prima die mensis junij anni presentis usque ad triennium inantea et proxime sequturum ipso tamen existente in aliquo studio generali.

Constituuntur procuratores ad manutendum bona capituli

Item ordinaverunt fecerunt et constituerunt procuratores suos certos et speciales ad deffendendum et manutenendum bona Capituli et Ecclesie barch. Venerabiles. Petrum Alquirini et Bartholomeum Cathalani. dando eis potestatem substituendi

Prorogatur constitucio de capis ... per i anno Item de consensu et voluntate Vicarij et Capituli fuit prorogata illa constitucio de capis pluvialibus faciendis que incipit Item statuimus etc. a prima die mensis July usque ad unum annum proxime et continue sequturum. Et hoc quo ad dominos archidiaconum Vallensem Petrum Bramona. Johannem Ricommini et Bernardum Badia canonicos. Quo ad absentes vero fuit tamen ipsa constitucio prorogata hinc ad festum omnium sanctorum et quod hinc ad illud tempus ipsas capas faciant sub penis in dicta constitucione positis. Quod fuit actum in dicto Capitulo generali octava die mensis madij. anno predicto.

Conceditur una ... cuidam puelle Item concesserunt graciose cuidam puelle Constancia Casteylona vocate que persona miserabilis est et debilitata ex uno braxio. una porcione elemosine sedis singulis diebus de tota vita sua. dum tamen bona et honesta vita duxerit et caste vixerit.

Constitucio super bonis ... fuerit Item ordinaverunt quod illa constitucio que anno preterito fuit edita. que incipit. Item quod consuevit negligi quod communiter possidet etc. quod bona nostre domus caritatis etc. deinde fuerit et quod procurator domus caritatis de bonis ipsius domus det cuilibet canonico aliejus horarum interessentia quantitate posita in ipsa constitucione appositam. Quod actum fuit in dicto capitulo generali die prefata.

Assignantur ad cognoscendum [illegible] epat [illegible]

Item fuerunt assignati cognitores et visores venerabiles Jac. de Sancto Clemente precentor et Bng. de Papiolo archidiachonus Penyten ac Bartholomeus Cathalani super moralibus qui recipiunt in illis hospiciis que sunt iuxta ianuam episcopalem que et diruuntur propter plateam ibi fiendam [illegible] [illegible] illis fiendis et quod referat.

Assignantur super [illegible] venditis

Item fuerunt assignati venerabiles Raymundus Romei et P. Bramona super illo vico vocato den Mayla videlicet super vendicione sive minucione censuum quorumdam hospiciorum que tenentur pro elemosina sub alodio domus caritatis et quod refferant.

Assignantur super alodiacione [illegible]

Item sunt assignati venerabiles Jac. de Sancto Clemente precentor et Bartholomeus Cathalani canonici super alodiacione cuiusdam hospicii den Burgs quod est in carraria apothacariorum super quo recipit sedes anniversarium den Gerart xiii sol. iiii den. et quod referat.

Assignantur super que [illegible] vallen [illegible] calidis

Item sunt assignati venerabiles precentor predictus et P. Alquerini canonici super illa questione quam venerabilis Jaufredus de Sancta Eugenia archidiaconus Vallen habet cum vicario perpetuo ecclesie de Calidis.

Assignantur super redaccione [illegible]

Item sunt assignati venerabilis Galcerandus de Podio Bachone canonicus et P. Sarra beneficiatus in sede Barch. super redaccione quorumdam agrariorum ad censum que sunt in Lupicato que et sunt de prepositura mensis octobris.

In Christi nomine. Noverint universi quod die lune post festum sancte crucis que fuit quarta dies mensis madii anno domini M. CCC. quinquagesimo quinto congregati in capitulo generali sicut consuetum est venerabiles 1355
Ffranciscus Ruffaci vicarius in spiritualibus et temporalibus reverendi patris in Christo domini Michaelis divina providencia Barch. episcopi in remotis agentis, Jacobus de Sancto Clemente precentor, Bngarius de Papiolo archidiaconus Penyten, Jaufredus de Sancta Eugenia archidiaconus Vallen, Raymundus Romei, Arnaldus de Busquetis legum doctor, P. de Caneto, Bartholomeus Cathalani, Guillelmus de Sancto Vincencio, P. Bramona, P. Alquerini, Galcerandus de Podio Bachone, Raymundus Ff. et Johannes Ricomani convenerunt omnes predicti in quadam domo nova que capitulum appellatur pro celebrando generali capitulo prout moris est iuxta constitucionem Barchinonensis ecclesie qua cavetur quod singulis annis celebretur generale capitulum in crastinum festi sancte crucis mensis madii et hoc per unam pulsacionem campane factum extitit ut moris est prout superius est iam dictum.

Et lectis primo quibusdam constitucionibus que legende erant in ipso capitulo iuxta quandam constitucionem super hoc editam et finita essent officia dicte ecclesie que per episcopum et capitulum Barch. in generali eiusdem ecclesie capitulo de biennio in biennium comitti consueverunt ad comittendum eadem officia prout infra sequitur processerunt.

Et primo ordinaverunt quod venerabiles domini Jaufridus de Sancta Eugenia archidiachonus Vallen et Bartholomeus Cathalani sint procuratores elemosine pauperum dicte sedis.

Item ordinaverunt quod dicti Petrus Felix et Bng. Sabort beneficiati in dicta sede sint subprocuratores eorundem dominorum procuratorum. Et quod dictus Raymundus Goleres sit subprocurator dictorum procuratorum ad colligendum censualia que dicta elemosina percipit in civitate Barch.

Item ordinaverunt quod venerabilis Galcerandus de Podio Bachone sit caritatherius et subprocurator eius dictus Petrus de Canali beneficiatus.

Item ordinaverunt quod venerabiles Petrus Bramona et P. Alquerini sint procuratores operis dicte ecclesie. Et subprocuratores dicte operis dictus [illegible] Sarran et Arnaldus Ollerii beneficiati.

Item ordinaverunt quod venerabiles P. de Caneto et Raymundus Ffrarii sint suppositi sacramentalis.

Sigillum capituli

Item ordinaverunt quod venerabiles Raymundus Romei et Arnaldus de Busquetis doctor legum sint procuratores subsacristie et teneant sigillum capituli. Et quod possint ponere subprocuratores quos voluerint iuxta eorum voluntatem.

Item ordinaverunt quod dictus Petrus Aferriz beneficiatus dicte sedis sit administrator et distributor anniversariorum dicte sedis prout est consuetum.

Item ordinaverunt quod dictus Jac. Uneti beneficiatus sit administrator et distributor caritatum mane vocatarum quequidem distribucio fit in matutinis.

Item ordinaverunt quod venerabiles Bngarius de Papiolo archidiachonus ~~Vallen~~ Penyten et Guillelmus de Sancto Vincencio sint auditores compotorum tam elemosine domus caritatis anniversariorum quam eciam operis dicte sedis. auditores [illegible]

Item et ordinaverunt quod sepedicti venerabiles Bng. et Guillelmus sint auditores compotorum talliarum factarum pro legatis quam pro Palma [illegible] aliis.

Assignantur ad alodiacionem [illegible] februarii

Item fuerunt assignati cognitores et visores venerabiles R. Romei et Arnaldus de Busquetis super alodiacione cuiusdam hospicii P. de Plano qui tenetur pro prepositura mensis febroarii quam obtinet nunc venerabilis P. de Caneto.

Assignantur super retencione [illegible]

Item fuerunt assignati venerabiles R. Romei et dicti Raymundus Rocha et Simo de Ulmo beneficiati cognitores et visores super retencione facta per venerabilem Jac. de Sancto Clemente precentorem et rectorem altaris [illegible] P. de [illegible] nullis morabatinis quod tenetur pro ipso altari quos de retinuit idem venerabilis precentor ad hoc ut de ipsis posset ordinare [illegible] Barch. Et fuit commissum predictis ut [illegible] altare [illegible] P. fuerit et faciat indempne

Item ordinaverunt quod beneficium sancte Gratie quod est in capella infirmorum hospitalis post mortem beneficiati sive rectoris ipsius non sit beneficium immo ipso mortuo redditus et proventus eiusdem beneficii cum sint uniti et annexi ipsi hospitali nec deinde nomine beneficii vident post mortem iam dicti beneficiati immo revertantur ipsi redditus ad commune ipsius hospitalis et aliter prout antiquitus erat fuerit. De predictis factum fuit instrumentum in posse P. Borrellini notarii et firmatum per ipsum capitulum prout largius in ipso continetur.

[margin: beneficium quod erat in domo infirmorum amodo non sit beneficium]

[margin: #]

Item cum turris vocata turris Balduyna que est sancte Elemosine Barchinone que est situata et constructa in parrochia sancte Columbe de Gramaneto sit sumptuosa dicte elemosine. Congregato predicto hoc capitulo ut est moris fuerunt assignati visores et cognitores super stabilimento fienda de ipsa turri venerabiles Jaufridus de sancta Eugenia archidiaconus Vallensis et Raymundus Romei et quod referat.

[margin: assignantur visores ad turrem Balduyna ad stabiliendum]

Post aliquos vero dies predicti venerabiles domini ad hoc assignati retulerunt et dixerunt quod utilius erat ipsi elemosine stabilire ipsam turrim cum molendinis et possessionibus quas retinet. Igitur fuit stabilita ipsa turris cum molendinis possessionibus apparamentis domus cellarii et molendinorum P. Juncho de Ciyar. Sub tali conditione quod ipse sit homo proprius et affocatus ipsius elemosine et quod teneat condirecta molendina possessiones et ipsam turrim. Et quod det de presenti dicte Elemosine racione dicte stabilicionis ducentas libras monete Barchinone de terno. Det nec non anno quolibet de censu dicte Elemosine in festo Natalis domini decem libras Barchinone et alias .x. libras in festo sancti Johannis mensis Junii. Et ultra hoc teneatur dare Rectori sancte Columbe de Gramaneto racione decime ipsorum molendinorum Centum solidos Barchinone. Item dicto beneficiato habeat dare quolibet anno .liiii. solidos.

[margin: fuit stabilita turris Balduyna ad certum censum]

Et fecit homagium idem Anthonius de Ciyar. Solvit ipsas ducentas libras pro intrata. Obligavit ulterius hoc omnia bona sua quod casu quo redderet vel dimitteret ipsam turrim sic sibi stabilitam quod teneatur et habeat dare eidem elemosine pro apparamentis centum libras Barchinone et ultra pro pena alias Centum libras Barchinone que sint adquisite eidem elemosine et aliter se obligavit ad predicta prout continetur largius in instrumento inde facto et per alfabetum diviso et facto per discretum Franciscum de Condaminis notarium publicum Barchinone.

[margin: fecit homagium Anthonius Ciyar pro dicta turri Balduyna]

Item super stabilimento fienda de quodam hospicio quod est altaris sancti Vincencii et eiusdem rectoris fuerunt assignati venerabiles P. Alquixini et Bartholomeus Cathalani canonici et quod referant.

[margin: assignantur super stabilimento hospicii sancti Vincencii]

Postea anno predicto die sabbati .xxii. die mensis Augusti per honorabiles vicarium et capitulum fuit graciose concessa prebenda venerabili fratri Guillelmo Sala canonico Barchinone per eum habenda et recipienda ad triennium ipso tamen existente in aliquo studio generali et non incipiat ipsum tempus quousque fuerit lapsum tempus iam sibi concessum supra immo finito tempore iam sibi concesso statim incipiat currere tempus de novo sibi concessum per modum iam dictum.

[margin: conceditur prebenda canonico studenti]

1356 In dei nomine. Noverint universi. Quod die Mercurii tercia die Madii. Anno domini millesimo .ccc. quinquagesimo sexto. Convocato honorabili Capitulo sedis Barchinone per trinam pulsacionem campane ut moris est pro celebrando Capitulo generali quod iuxta constitucionem Barchinone ecclesie debet et consuevit annis singulis in crastinum festi sancte crucis mensis Madii celebrari. Convenerunt in quadam domo nova que capitulum appellatur pro dicto generali Capitulo celebrando. Venerabiles Arnaldus de Busquets legum doctor vicarius in spiritualibus et temporalibus generalis Reverendi in Christo patris et domini Cardinalis divina providencia Barchinone episcopi in remotis agentis. Berengarius de Paguolo archidiaconus Penitencie. Jaufridus de sancta Eugenia archidiaconus Vallensis. Jacobus de sancto Clemente precentor. Raymundus Romei. Petrus de ~~Orbe~~ Caneto. Bartholomeus Cathalani. Guillelmus de sancto Vincencio. Petrus Bramona. P. Alquixini. Galcerandus de Podio Bachone. Raymundus ffabri et Johanes Fitonami canonici dicte sedis.

Et lectis prius quibusdam constitucionibus que legende erant in ipso capitulo iuxta quandam constitucionem super hoc editam. Et officia dicte ecclesie non essent finita processerunt ut sequitur.

[margin: leguntur constituciones]

Et primo fuerunt assignati venerabiles Bartholomeus Cathalani et P. Bramona visores et cognitores super quodam hospicio quod est alodium prepositure mensis Januarii et quod referant.

[margin: assignantur super alodio prepositure mensis Januarii]

Item fuit assignatus dictus venerabilis Bartholomeus visor et cognitor super omnibus agrariis prepositure mensis Januarii et quod possit ad hoc sibi associare unum ex beneficiatis dicte sedis in talibus expertum.

[margin: assignantur super agrariis prepositure Januarii]

Item fuerunt assignati visores et cognitores venerabilis Bartholomeus Cathalani et discretus Simo de Ulmo beneficiatus super omnibus agrariis et aliis alodiacionibus fiendis que sunt prepositure mensis Decembris. Et super alodiacione fienda mansi vocati de Arenes. Nec non etiam super quibusdam redditibus quos habet in villa de Granullariis dicta prepositura prepositure ffebruarii et Augusti.

[margin: assignantur super agrariis et alodiacionibus prepositure Decembris, ffebruarii et Augusti]

Item fuerunt assignati cognitores et visores venerabilis Galcerandus de Podio Bachone et discretus Bn. Ferrarii super reduccione quorundam agrariorum ad censum que sunt in Lupricato que etiam sunt prepositure mensis Octobris et possit idem Galcerandus in defectu dicti Bn. sibi associare ad hoc quem voluerit ex beneficiatis dicte sedis.

[margin: assignantur super agrariis prepositure Octobris]

Item fuit assignatus cognitor et visor predictus venerabilis Bartholomeus cum aliquo beneficiato per ipsum eligendo super reduccione agrariorum ad censum possessionum prepositure mensis Augusti.

[margin: assignantur super agrariis prepositure Augusti]

Item cum hospicium quod collatum fuit Raymundo Romei sive in quo ipse morabatur quod est iuxta dictam sedem pro ampliacione eiusdem diruendum esset et estimacionem illius operis ipsius sedis dare habeat domini caritatis. Et collacio ipsius hospicii esset venerabilis decani ipsius sedis et diruto ipso hospicio cessabit collacio dicti hospicii. Volens honorabile capitulum remuneracionem facere et satisfaccionem ipsi decano ordinaverunt quod quociens hospicium

[margin: hospicium Raymundi Romei diruendum; recompensacio decano in collacione alterius hospicii. Nota. Compensatio domini decani]

quod est nunc venerabilis Raymundi Romei
et quod olim fuit Bng. Rubi. vacare contigit
possit libere ipsum assignare idem venerabilis
decanus cui sibi placuit ex canonicis ipsius
sedis sic illud tenendum assignare et donare
tenebatur iuxta constitutiones et ordinaciones predic
te sedis. Et hoc factum fuit de voluntate hono
rabilium dominorum vicarii et Capituli.

Firmatio predicti operis — Item facta examinacione dicti operis dent et teneatur
dare procuratores ipsius operis totum id quod visum
fuit illis qui ad hoc assignati fuerunt

1357 In dei nomine. Noverint universi. Quod die Jovis
crastina festi Sancte crucis que fuit quarta
die mensis madii Anno domini millesimo CCC quin
quagesimo septimo. Convocato honorabili
Capitulo sedis barchinone per tria pulsacionem campa
ne ut moris est pro celebrando generali Capitulo
quod iuxta constitucionem barchinone ecclesie debet et consue
vit annis singulis in crastinum festi Sancte crucis
mensis madii celebrari. Convenerunt in quadam
domo nova que capitulum appellatur pro dicto generali
capitulo celebrando. Inclitus et circumspectus vir
dominus Jacobus de aragonia canonicus. Nec
non et honorabilis dominus Arnaldus de busquetis
legum doctor vicarius in spiritualibus et temporalibus
generalis. Reverendi in Christo patris et domini Micha
elis divina providencia barchinone episcopi in remotis
agentis. Berengarius de papiolo archidiaconus
penitencie. Gaufridus de gracia eugenia archidiaco
nus vallensis. Guillermus de turrillis. Raymu
ndus de caneto. Bartholomeus cathalani. Ffra
ncischus Ruffaci doctor decretorum. Petrus bra
mona. Petrus alquixini. Galcerandus de podio ba
chone. Raymundus Ffirari. et Johannes Ricomani
canonici dicte sedis.

Et lectis primo quibusdam constitucionibus que legen
de erant in ipso capitulo iuxta quandam constitucionem
super hoc editam. Et finita esset officia dicte
ecclesie que per episcopum et capitulum barchinone in generali
eiusdem ecclesie capitulo de bienio in bienium commu
niter consueverunt ad committendum eadem officia prout
infra sequitur processerunt.

Et primo ordinaverunt. Quod venerabiles
Berengarius de papiolo archidiaconus pe
nitencie. Et Raymundus de caneto sint procuratores

operis elemosine pauperum dicte sedis

Item ordinaverunt. Quod discreti Bernardus sar
tani. Et Berengarius saborit beneficiati in
dicta sede sint subprocuratores eorundem dominorum
procuratorum. Et quod discretus Raymundus goltres
sit subprocurator dominorum procuratorum ad colligen
dum censualia que dicta elemosina in Ci
vitate barchinone recipit.

Item ordinaverunt. Quod venerabilis Galcerandus
de podio bachone sit Caritatarius. Et
discretus. Petrus de canali beneficiatus sit sub
procurator eiusdem.

Item ordinaverunt. Quod venerabiles Petrus
bramona et Petrus alquixini sint procurato
res operis dicte sedis.

Item ordinaverunt quod venerabiles archidiaconus
vallensis et Raymundus Ffirarii Canonici sint
suppositi sacramentalis.

Item ordinaverunt quod venerabiles Raymundus Ro
mei et Bartholomeus Cathalani Canonici sint
procuratores subsidie et teneant sigillum capituli
Et quod possint ponere subprocuratores quos volue
rint iuxta eorum voluntatem.

Item ordinaverunt. Quod discretus Anthonius tor
ro beneficiatus dicte sedis sit administrator
et distributor anniversariorum dicte sedis prout
consuetum est.

Item ordinaverunt quod discretus   bauli benef
ficiatus predicte dicte sedis sit administrator
et distributor certarum manne vocatorum que
quidem distribucio fit in matutinis.

Item ordinaverunt quod venerabiles Ffranciscus
Ruffaci doctor decretorum. Et Johannes Ricoman
ni Canonici sint auditores compotorum scilicet
Elemosine. fabriche. domus Caritatis. Sacra
mentalis et Sacristie ac etiam anniversariorum dicte
sedis. — auditores de compotis

Item graciose concesserunt venerabili Guillermo de
Tagamenat canonico barchinone prebendam per
eum habendam et recipiendam in absencia a prima
die mensis Junii presentis anni usque ad quadrien
nium proxime et proxime secuturum ipso tamen
Guillermo existente in aliquo studio generali. — conceditur pro tempore uni canonico studenti

Item graciose concesserunt venerabili Ffrancischo
Sala Canonico barchinone. prebendam per eum haben
dam et recipiendam in absencia finito tempore
supra sibi concesso ad duos annos tunc continue
venturos. ipso tamen Ffrancischo existente in aliquo
studio generali. et quod non incipiat ipsi duo anni
donec transactum fuerit tempus sibi concessum — conceditur pro tempore uni canonico studenti

Assignat' sup reductione agrarior' p' capitl'o

Item fuerūt assignati venabiles Raymūdꝰ Romei et bartholomꝰ Cathalanj Canōici ul' alt' eor' sup reductiōe agrarior' ad cēsum cēsū aliquarū possessionū mensis aprilis. Et q' pdcī venabiles Can. ul' alt' ipor' possit sē associar' in dcā reductiōe fienda. Raymūdū Rocha ul' P. ffrarij bneficiatos ī dcā sede.

1358

In dei nomīe. Nouīnt vniūsi. Q' die veneris crastina festi scē crucis que fuit quarta dies mēsis madij. Año a Natiuitate dnj. M°. ccc°. L. Octauo. Conuocato honorabili Caplo sedis barch p ṫrā pulsacōem campane ut moris est. pro celbrando genali Caplo q' iux' cōstitucōez barch ecce delet et cōsueuit anis singlis ī crastinū festi scē crucis mēsis madij celebrari. Conueniūt ī quadā domo noua q' caplm appllat' p dcō genal. Caplo celebrando. Venabilis Arnaldꝰ d' busquetis doctor legū. vicarius ī spūalibꝰ et tēpalibꝰ genalis. Reuendi ī xpo patis et dnj Micħalis diuīa pudēcia barch. epi ī remotis agentis. Jacobꝰ d' scō Clemēte pcentor. Bng' d' papiolo archidiaconꝰ peniten. Gaufridꝰ d' scā eugenia archidiacon' vallen. Raymūdꝰ Romj. Bartholomꝰ cathalanj. P. bramona. P. alqxinj. Galcandꝰ d' podio bachone. Raymūdꝰ ffr'. Johanes Ricomanj. Et Johanes uallesi qui fuit tūc ī canoicū receptꝰ ut ē moris.

Et lectis pꝰus quibusdam constitucōibꝰ que legende erant ī ipo Capitulo iuxta quandā constitucōez sup hoc editam. Et officia dicte ecclie non essent finita processerūt ut sequitur.

Et pmo ordinaūnt q' quilibet nouus canoicꝰ heat facē capam completā cū frisatura infa' tempꝰ ī constitucōe contentū. al' incurrat excōis sentēciā. — d' capis fiaēdis

Item q' deinceps quilibt nouus canoicus heat et teneat ipam capā facē valoris viginti lbr' et ultra si uoluīt. sz nō minoris. — d' capis fiaēdis xx. lbr

Itē fuīt assignati cognitors et iudices venabilis Galcandꝰ d' podio bachone can. et discretꝰ P. ff. bneficiatꝰ sup redactiōe agrarior' ad censū q' fuīt ipositē mēsis aplis. — assignāt' cognitors et iudices d' agrarijs p' caplt'

Itē dcō āno durāte dcō caplo genalj. prima die mēsis junij fuit graciosē concessum venabili Jac. d' vltzinellis. can. q' cū quond' Gullis d' tagamenet nō cōtinuet studiū genal. q' heat pbendā ī absencia et illam recipiat ad tempꝰ. cum restet tantū illd dcō Gullo. alterū ipo Jacobo exis tente ī aliquo studio genalj. — cōcedit' p'a cuij canoico studenti

1359

In dei nomīe. Nouīnt vniūsi. Q' die sabbati quarta dies mensis madij crastinū sancte crucis. Año domjnj. M°. CCC°. Quinquagesīo Nono. Conuocato honorabili Capitulo sedis barch p ṫnam pulsacōem campane ut moris est p celebrando genali Caplo quod iux' cōstitucōem barchnē ecce debet et consueuit annis singulis ī crastinū scē crucis mēsis madij celebrari. Conuenerūt ī quadā domo noua que Capitlm appellatur p dcō genali Capitlo celebrando. Venabiles Arnaldꝰ d' busquetis doctor legū. vicarius ī spūalibꝰ et tēporalibus genalis. Reuendi ī xpo patis et dnj Micħalis diuīa pudēcia barchnen Epi ī remotis agentis. Jacobus d' sancto Clemēte Pcentor. Bng' d' papiolo. archidiachonus peniten. Raymūdꝰ Romei. Petrus bramona. P. alqxinj. Galcandus d' podio bachone. Raymūdꝰ ffrarij. Johanes Ricomanj. Petrus d' caneto et bnardꝰ uallesi.

Et lectis pꝰus quibusdā constitucōibꝰ q' legende erat ī ipo Capitlo iux' quadā cōstitucōez sup hoc editā. Et finita essent officia dcē ecclie que p epm et Caplm barchn ī genali eisdē Ecclie caplo d' bienio ī bienniū comiti cōsueuerūt ad comittēdū eadē officia put infra sequit' pcesserūt.

Et pmo ordinaūnt. Q' venabiles. Jacobus d' scō clemēte pcentor. et. Bng' d' papiolo archidiaconꝰ peniten sint pcuratores et administratores scē Elemosine pauperum dcē sedis barchn.

Itē ordinaūnt. Q' discreti bnardus sarranj et. Bngarius saborit beneficiati ī dcā sede sint subpcuratores eorūdem dnor' pcuratorum. Et q' discretus Raymūdꝰ goltres sit subpcurator dnor' pcuratorum ad colligendū cēsualia que dcā Elemosina recipit ī Ciuitate barch.

Item ordinaūnt. q' venabilis P. alquxinj sit Caritatarius. Et discretꝰ Petrꝰ d' canali bneficiatꝰ sit subpcurator eidem.

Item ordinaūnt. Q' venabiles Galcandus d' podio bachone et Johanes Ricomanj sint pcuratores operis dcē sedis.

Item ordinaūnt q' venabiles Raymūdus Romei et Petrꝰ d' caneto Canoici. sint pcuratores subsacristie et teneant sigillū Capituli. Et q' possint ponē subpcuratores quos uoluerint iux' eor' uolūtate.

Itē ordinaūnt. q' venabilis Raymūdꝰ ffrarij Canoicus sit suppositus sacramētalis

Item ordinaūnt. Q' venabilis. Petrus bramona Canoicꝰ sit prior cofratē scē eulalie dicte sedis. — prior confr. scē eulalie

Item ordinaūnt. q' discretus Raymūdus rocha. beneficiatꝰ dcē sedis sit administrator et distributor aniūsarior' dcē sedis put consuetum est.

Item ordinaverunt quod Jacobus Serra beneficiatus dicte sedis sit administrator et distributor caritatum mane vocatorum quequidem distribucio fit in matutinis.

Item ordinaverunt quod Bartholomeus Carbonelli et Berengarius Ameleriy beneficiati dicte sedis regant sacristiam minore et omnia ornamenta et jocalia et alia omnia que sibi comissa fuerunt prout consuetum est et moris est.

Item etiam ordinaverunt quod venerabiles P. de Caneto et P. Alquixini sint visitatores hospitalium prout est consuetum.

Item ordinaverunt quod iam dicti venerabiles Jacobus de Sancto Clemente precentor et R. Romei sint auditores compotorum Elemosine.

Item quod venerabiles Berengarius de Papiolo archidiachonus penitenciarius et P. de Caneto sint auditores compotorum operis dicte sedis.

Item quod venerabiles Petrus Bramona et Petrus Alquixini sint auditores compotorum domus caritatis.

Item quod venerabiles Galcerandus de Podio Bachon et Raymundus Ferrarii sint auditores compotorum aniversariorum dicte sedis.

Item quod venerabilis Johannes Ricomani sit auditor compotorum talliarum factarum pro expensis dominis Cardinalibus seu pro legatis vel aliis.

Veruntamen ultra predicta et de utilitate ecclesie pertractantes ordinaverunt perpetuo sequencia ultra constituciones quasdam quas volunt in libro aliarum constitucionum poni tantummodo.

Not.

Et primo ordinaverunt quod omnes consuetudines laudabiles et antique in scriptis redigantur ad perpetuam rei memoriam et ut melius possint servari et execucioni debite demandari. Et cum inter alias consuetudines fuit et est quod dominus Episcopus pro tribus prebendis quas recipit teneat tres cereos seu pro ipsis solvat xxx solidos. Et quilibet canonicus fructus prebende sue recipiens quoque .x. solidos pro fiendo cereos et eosdem comburendos in missis que diebus sabbatinis et aliis infra annum de beata Maria celebratur et celebrari consueverunt et non nulli per desidiam seu necligenciam hanc solucionem inmisse fecerunt. Ideo ne tam sanctum et pium opus deduci possit ita aliquando in contemptum ad laudem et gloriam omnipotentis dei et beatissime virginis Marie matris sue quod consuetum est ordinarunt redigi in scriptis. Scilicet quod quilibet canonicus ecclesie Barchinonensis vel eius procuratores dum tamen fructus ipsius prebende quocumque modo percipiat quolibet anno cum per deputatum ad faciendum fieri dictos cereos fuerint requisiti infra .x. dies solvat dictos decem solidos monete Barchinonensis de terno pro dictis cereis faciendis. Alias si in hoc repperti fuerint contumaces tamdiu percepcione fructuum prebende careant quousque de predictis .x. solidis quantitate ipsi ad hoc deputato fuerit plenarie satisfactum. Et super hoc faciat seu fieri faciat execucionem dominus Episcopus vel eius vicarius sub anime sue periculo prout decet ne per eius necligenciam tanta devocio retrahatur.

Item ad decus ecclesie et ornatum et ut melius et pulcrius et securius que agenda sunt per regentes subsacristiam vestimenta plicanda et alia arnesia decenter et debite gubernando ordinaverunt quod in dicta sacristia seu thesauraria sint quatuor pueri duo etatis de .xv. usque ad .xx. annos et alii de .x. usque ad .xv. quod adiuvent in omnibus agendis et gubernandis in sacristia et ecclesia prout presbiteris quibus eadem regenda committitur videbitur expedire. Scilicet squillam pro matutinis pulsandam libros chori claudendo et aliter custodiendo in missis beate Marie et sancte Eulalie iuvando in altari maiori die quolibet serviendo mutando capas et burdones ad chorum portando et eas ibidem tenendo in sacristia iacendo et alia necessaria et utilia exercendo prout presbiteris quibus eadem sacristia regenda committitur videbitur expedire. Et fiat sic quod semper duo de ipsis pueris iaceant in sacristia predicta. Scilicet unus de magnis et unus de parvis una septimana et alii duo alia et illi duo qui non iacebunt sit in ecclesia antequam missa beate Eulalie incipiatur. Et serviant in eadem aliis qui iacuerunt in sacristia si voluerint ad scolas vel alibi pro eorum utilitate ituris non ibi necessarii sint pro tunc omnes vero quatuor intersint in omnibus missis maioribus in altari sancte crucis et in aliis horis causa necessaria exercendi. In diebus vero dominicis et aliis festivitatibus omnes intersint in missis sancte Eulalie matutinis et aliis oris. Hec vero et diebus aliis prout expediens fuerit. Que omnia relinquimus illis dominis canonicis quibus sacristia ipsa comitetur vel erit comissa. Et quod dignus est mercenarius mercede sua. Fuit ordinatum ut de hiis que recipit elemosina pro pauperibus de mandato detur pueris predictis pro eorum laboribus xxxv libre que inter ipsos sic dividantur. Habeant maiores pro salario .xii. libras et pro vestiario .viii. libras. Minores vero pro salario .ix. libras et pro vestiario vi libras que iuxta dictam taxacionem equaliter dividantur. Et quod omnes predicti iiii induantur honeste pro dicto precio et de eodem panno et colore. Item quod predicti pueri sint illi quibus pedes lavantur in quadragesima et habeant pro pauperibus de mandato.

Item fuit ordinatum quod illi duo domini canonici qui operarii erunt seu fabrice procuratores quolibet anno semel discurrant per hospicia canonicorum et beneficiatorum que habent racione beneficiorum suorum et si invenerint quod in ipsis aliquid sit aptandum vel reparandum iniungant hospicium possidenti ut infra certum tempus iuxta eorum arbitrium quod necessarium fuerit faciant reparare quod si facere ille cui iniunctum fuit contempserit publicetur hoc capitulo ut sic possit de oportuno remedio provideri.

Item fuit ordinatum quod suppositus sacramentalis sit continuo pro parte ecclesie unus et habeat tamen pro salario suo decem libras.

Item fuit ordinatum quod ille porciones trium dierum que debet dare faciens deffectum in missa de epistola evangelio et missa quod debeat dari illi qui loco illius qui deffectum fecerit supplebit deffectum.

Item quod omnes corretores assignandi super contractibus iurent bene et legaliter se habere.

1360

In dei nomine. Noverint universi. Quod die lune
quinta dies madii que fuit crastinum
invencionis sancte crucis. Anno domini M. CCC. sexagesimo. Con-
vocato honorabili capitulo sedis barchinonensis per trinam
pulsacionem campane ut moris est pro celebran-
do generali capitulo quod iuxta constituciones barchinonensis
ecclesie debet et consueuit annis singulis in crastinum
invencionis sancte crucis mensis madii celebrari. Convene-
runt in quadam domo noua que capitulum appellatur
pro dicto generali capitulo celebrando. Venerabiles
Arnaldus de busquets doctor legum vicarius
in spiritualibus et temporalibus generalis. Reuerendi in
christo patris et domini cardinalis diuina prouidencia barchinonensis
episcopi in remotis agentis. Jacobus de sancto clemen-
te precentor. Berengarius de papiolo archidiachonus
penitenciarius. Raymundus romei. P. de canero. G.
de tagamenet. P. bramona. Galcerandus de
podio bachone. R. fferrarii. Bernardus de olivis
Johannes Ricomani et Johannes vallesini.

Et lectis primo quibusdam constitucionibus que le-
gende erant in ipso capitulo iuxta quandam constitu-
cionem super hoc editam. Et officia dicte ecclesie
non essent finita processerunt ut sequitur.

Sepultura beneficiati ecclesie de dormitorio

Et primo durante dicto capitulo concesserunt gra-
ciose discreto R. ça plana dormitorario quod
si contigit ipsum mori quandocumque habeat et fiat
sibi sepultura in ipsa ecclesia prout est fieri consueta
beneficiatis ipsius sedis et fratrum sibi ad rei me-
moriam instrumentum in posse P. borrelli notarii publici.

Reuocacio constitucionis que arrestant in impune pensio rectoris de apiaria

Item durante dicto capitulo generali die mercurii VI
die dicti mensis fuit ex causis racionabilibus reuo-
cata quedam constitucio iurata que incipit. Co-
nita attestante pragmatica sanctione naturale
iustum est etc. Et incontinenti per venabilem R.
romei canonicum barchinonensem et Rectorem ecclesie de apia-
ria barchinonensis diocesis fuit ibidem supplicatum cum
sua ecclesia predicta sit attentis hiis temporibus

quam plurimum honerata racione pensionis quingentorum
solidorum quam domini caritatis prestat seu prestare te-
netur cum sit in percepcione fructuum et emolumentorum
per duabus partibus et in plus diminuta quare
dictorum quingentorum solidorum pensio minueretur seu
ad congruam et portabilem prestacionem reduceretur
iuxta ipsius ecclesie facultates. Quod reputantes domini
vicarius et ceteri canonici de capitulo fore iustum cum
essent de minucione dicte ecclesie iuridice informati.
Considerantes quod si tempore quo fuit ipsi ecclesie
pensio predicta imposita ita modicum valeret eius emo-
lumentarie et nunc nullatenus fuisset in prestacione
quantitatis predicte honerata cum iuri et racioni minime
consonaret attendentes etiam quod alias hec pensio fuit
diminuta cum Reuerendo in christo patre domino Guillermo
dei gratia hostiensi nunc episcopo dicte ecclesie tunc Rectori
fuisset concessum ut quamdiu ipsam teneret ecclesiam
prestando ducentos solidos a prestacione reliquorum trecentorum
quinquaginta et immunis licet plus tunc valeret fruc-
tus ecclesie antedicte. Pensantes probitatem et anti-
quitatem nec non et vitam laudabilem ipsius
supplicantis qui diligentissime et incessanter
et continue isti ecclesie deseruit volentes eum
fauore prosequi gracioso iusticia cum gracia
comiscendo. concesserunt eidem quod quamdiu ipsam
ecclesiam tenuerit pro pensione ipsi ecclesie imposita dictorum
quingentorum ducentos solidos tantum prestet.

reformatur constitucio de XX

Item durante dicto capitulo generali die lune
XI die dicti mensis fuit per dictos venabiles
dominos vicarium et Capitulum facta reformata
et confirmata predicta constitucio que fuerat reuo-
cata. secundum et prout est posita in libro ipsarum
constitucionum et hoc presente dicto notario et in
posse ipsius.

gracia facta pro dicto canonico

Item eadem die durante dicto capitulo graciose
concesserunt. Venabili ffrancischo sala

Canonico barchinonensi prebendam per eum tenendam
et recipiendam in absencia ad triennium
ipso tamen existente in aliquo studio ge-
nerali et quod non incipiat ipsum triennium
quousque fuit lapsum tempus sibi super concessum
immo finito tempore concesso statim incipiat
currere triennium de nouo concessum per modum
iam dictum.

Et fuit finitum capitulum ipso die.

Tenor littere concessionis facte Jacobo deuesa de
scolis gramatice et logicalium cum canonicali
porcione

pineda sit administrator hospita
lis Ste Crucis una cu domino
bnardo d sco amancio

It q honorabiles petrus Jaufredi
precentor et P. ragassoll sint p
curatores opis seu fabrice dce
Ecce

It q honorabiles P. palon et
Gabriel gombau sint pcuratores
sacristie dce Ecce

It q honorabiles Johannes texto
ris Ebdomedarius sit pmotor
Capli ac suppositorum sacramenta
lis dce Ecce

It q honorabiles P. pareti sit
pcurator et receptor et administ
tor pecunie custodie corporis Xρi

Et fuit prorogatu Caplm ad diem
crastina q erit dies veneris

It die veneris v. die madii lectis p
quibusda constitucionibus fuit ordinatu
q ven bnardus d vilarasa et P.
montsolers sint pcuratores et ad
ministratores Elemosine paupum
sedis barchne videlz q unus eorum
sit receptor pecunie et alius dist
butor et q quilibet ipsorum heat
p salario xxv. libr et sint ecte
in regimine dce Elemosine

Et subpriores Ramo granola
et bnardus sa carrera Et bator
signorum Guillmus romea ptr

It ordinarunt quod sint duo procuratores ad
colligendum censualia dicte elemosine
videlicet anthonium sa plana et
et quilibet habeat
pro salario suo xv libras et quod dictus procurator
habeat colligere tots los dererages
et ultra dictum salarium sit eis satis
factum ad cognitionem dominorum Elemosi
nariorum

Et subprocuratorem seu ministrum domus
caritatis johannem pelrani presbiterum
beneficiatum in dicta sede

Et procuratores anniversariorum communium Be
raldum de spelunca et Guillelmum torrom

Et ad colligendum censualia decorporum
sequentium Guillelmum conomines Et
procurator causarum Jacobum cathalani
omnes presbiteros beneficiatos in dicta sede

It ordinarunt dispensatorem caritatis et
manarum dicte Ecclesie Stephanum
aragonesi presbiterum

It ordinarunt botellarios petrum
heres et johannem bruga

It subprocuratorem sacriste seu
tesaurarium dicte Ecclesie michaelem
blasco et sui socium narcisium
sagrera presbiterum

It fuerunt renovati custodes cor
poris christi qui ut est assueti

Et fuerunt constituti de novo videlicet
magister bartholomeus cases p. oliu
varius figuera et petrus sobre
munt et fuit ordinatum quod sint v.

It ordinarunt quod subprocuratores fabri
ce seu operis dicte Ecclesie sint ffra
ciscus prats et ffranciscus ffrra

It fuit ordinatum quod petrus de matha
mala sit porterius prout iam erat

It Eadem die fuerunt assignati audi
tores computorum domus caritatis admi
nistratis per dominum johannem de sto
playo caritatarium duobus annis
preteritis dominos bernardum de sto amacio
et petrum ragassoll.

audiciones computorum [marginal note]

It Eadem die Ex certa sua scientia infamia
revocarunt ab officio baiulie Castri
de Tiges quod est Elemosine pauperum
sedis barchinone Anthonium de olivella
habitatorem dicti castri in dicto Capitulo per
sonaliter constitutum in exigendo quod
amodo non utatur dicto officio dicte baiulie
ordinando hoc continuari in presenti
libro camisse per me bernardum de
plano Canonicum et procuratore domus
caritatis dicte Ecclesie

It Eadem die paulo post Reverendus in
christo pater et dominus dominus ffrancischus miseracione
divina Episcopus cum consensu et vo
luntate capituli videlicet omnes insimul
constituerunt et creaverunt in baiulum
castri predicti de Tiges dicte Elemo
sine predictum anthonium de olivella
cum potestate exercendi iurisdictionem
civilem et criminalem Et tunc cre
averunt ipsum anthonium baiulum castri
de myrapice videlicet quo ad iurisdic
tionem civilem pertinentem dicte Ecclesie
presentibus hiis ordinibus laurencio cominer in
presse Gabrielis canyels notarii
barchinone die et anno predictis

It Eadem die fuit prorogatum Ca
pitulum ad diem lune viii die
madii

It die lune viii die madii anno
predicto tempore quo quedam constitutiones
ut moris est continuando dictum capitulum
Generale fuit prorogatum ad diem lune
que est xv die eiusdem mensis.

It die lune xv die madii anno predicto
tempore quo quedam constitutiones fuerunt
assignati ad audiendum computa Ele
mosine sive de bis de vilarono honor
Guillelmum Carbonelli sagrista et ffrra
rium de podiolo

auditores computorum [marginal note]

It ordinarunt auditores computorum anni
versariorum dominos petrum folguerii et johannem
de sto playo

auditores computorum [marginal note]

It ordinarunt auditores computorum
operis seu fabrice sedis predicte dominos
michaelem fornos et petrum prats

Et fuit commissum venerabili bernardo de
sto amacio et johanni de sto playo
ut audiant et examinent computa
petri de muntpoler subprocuratoris domus
caritatis et capituli maioris

Et venerabilibus Gabrieli gombau
Et johanni textoris computa sagris
tie dicte sedis

Et computa luminarie seu custo
diam petro ragassoll et johanni
sirueri

It ordinarunt de novo auditores com
putorum manarum venerabiles ffranciscum
pinyeda et johannem de sto playo

It Eadem die fuit prorogatum dictum
capitulum ad diem veneris xviii
die eiusdem mensis

It die veneris xviii madii post multas
prorogationes fuit prorogatum ad diem
lune xviii mensis junii

It die lune xxix mensis septembris anno
m cccc xiii fuerunt assignati cognitores et visores
videlicet johannes de sto playo et bernardus de
plano canonicus super extractione quorumdam
agrariorum ad censum que sunt in hospitale
propositarum septembris et octobris

visores [marginal note]

It die martis xxv novembris anno domini m
cccc xiii fuit celebratum capitulum in
domo sacristie Ecclesie barchinone ubi solitum
est convocari in quo convenerunt et presentes fue
runt honorabiles domini G. Carbonelli vicarius
domini Episcopi ffranciscus pinyeda G. bayeri
bernardus de sto amacio bernardus de mathamala
G. alayani p. folguerii ffr. de podiolo
p. pinyades michael fornos johannes
de sto playo p. ragassoll poncius de
busquets bernardus de plano johannes tex
toris p. parets Gabriel gombau et
johannes sirueri omnes canonici dicte Ecclesie
ordinarunt pro bono statu et utilitate
operis dicte Ecclesie bartholomeum
Gual magistrum domorum esset magister
dicti operis sedis barchinone et quod deinde vo
caretur magister et quod haberet quolibet

Nota de magistro fabrice sedis barchinone

quod magister operis habet salarium ... et ... duos ... [marginal note]

anno de pensione racione magistratus
ultra salarium cotidianum C. solidos
videlicet quinquaginta in festo nathalis
domini et quinquaginta in festo Sancti Joha
nis mensis junii et sic quolibet anno

Et similiter eadem die concesserunt eidem
quod possit tenere duos iuvenes si
tenere voluerit

It die veneris decima mensis marcii anno
domini m cccc xiiii Congregato et congrega
to honorabili Capitulo Ecclesie barchinone in
sacristia eiusdem ubi solitum est congrega
ri in quo convenerunt et presentes fuerunt
honorabiles domini G. Carbonelli vicarius domini
Episcopi p. G. ganferdi precentor bernardus
de sto amacio G. alayani ffr. de
podiolo michael fornos johannes
de sto playo p. ragassoll bernardus de pla
no johannes textoris p. peri et
bartholomeus de Castellar omnes Canonici
dicte Ecclesie Ordinarunt pro bono statu
Ecclesie et utilitate dicti honorabilis Capituli
et singularum Canonicorum eiusdem
quod Canonicus procurator domus caritatis qui
cumque fuerit deputatus per se faciat
nomine dicti Capituli et ad proprias ex
pensas eiusdem Capituli alia licencia
seu mandato minime expectato cum
illo Canonico seu canonicis qui vigore privilegii
per dominum nostrum papam benedictum xiii de uno
mense ca[?] spatiandi ut alias se absentandi
seu absentantibus de habendo fructus suarum
prebendarum in absencia ffructus dicti men
sis vigore dicti privilegii voluerit levare
a venerabili posittis eiusdem Et iudicetur dictum pre
cium dicto Canonico seu Canonicis dicti privilegium
manuteneat et defendat viriliter tamquam
utile dicto honorabili Capitulo Et cum ex
executoribus seu subexecutoribus de
putatis ad hoc sive fiat executio
tionem contra rebelles tamen procurator ex
dicte procurationis sessans dictis Canonico
seu Canonicis procurat expensis ibi faciat
et faciendis

1414 /
duodecim canonici ex quadraginta tantum.

pro privilegio fructuum
unius mensis papie dicta
in absencia quod caritarius
faciat per eum canonico in percipiendo
fructus unius mensis

interpretacione istius conclusionis vide
... carta cvi.

Item die xviii mensis aprilis fuit facta
concessio venerabilibus Ferrario de podiolo
et Ubertino de plano canonicis ad audiendum
et examinandum compotum a venerabili
Johanne de sancto clario canonico administ-
ratore bonorum petri Ferbrarii quondam benefi-
ciati ecclesie barchinone

Concessio facta honorabili Ferrario de podiolo super
reliquiario sancti Severi. Et beneficio
per ipsum instituendo

In nomine domini nostri ihesu christi amen.
Cunctis pateat euidenter. Quod die lune
decima die julii anno a natiuitate domini
millesimo CCCC° terciodecimo. Con-
uocato honorabili Capitulo ecclesie
barchinone per ternam pulsacionem cimbali
et per commune nuncium ut est moris
et congregato in domo sacristie dicte
ecclesie ubi more solitum est conuocari
et congregari dictum honorabile Ca-
pitulum. In quoquidem Capitulo
interfuerunt presentes et interuenerunt
Reuerendus in christo pater dominus Fran-
ciscus miseracione diuina Episcopus. hono-
rabiles viri domini dominicus ponci
archidiaconus. Petrus guillermi jaf-
fredi precentor. Guillermus carbonelli
sacrista. Guillermus bayeri. Franciscus
pineda. Berengarius de matamala.
Bnardus de sancto amancio. petrus
folquery. Guillermus alanyani. Michael
formosi. Simon de pratis. Johannes de
sancto clario. Petrus de palou. Pon-
cius de busquetis. Bnardus de plano.
Johannes textoris. Gabriel gombau.
bartholomeus del castellar et petrus
petri comes canonici prebendati ecclesie
barchinone pro his et aliis negociis
et continuando Capitulum generale
ecclesie prefate a festo sancte crucis
mensis madii proxime lapso citra con-
gregati et conuocati. Interuenit etiam
et presens fuit in ipso Capitulo
honorabilis Ferrarius de podiolo canonicus
prebendatus prelibate ecclesie. Qui existens
personaliter in dicto Capitulo et tenens
verbotenus exposuit dictis reuerendo
domino Episcopo et honorabilibus dominis de
Capitulo suprascriptis. Quod cum corpus
seu ossa ac reliquie gloriosissimi
sancti Severi martiris christi et
presulis dicte ecclesie barchinone qui
inter alios martires pro christi amore
et honore ac exultacione fidei christi-
ane durum martirium per magnam cla-
ui affixionem in suo capite perferendo
sustinuit. ac inter ceteros sanctos mi-
rabiliter triumphauit in terra fustea
nunc indecenter custodiantur. et dictus
deuotione ardens afferret corpus et
ossa ac reliquias eiusdem martiris de
techa fustea predicta ad reliquia-
rium seu locum dignum et preciosum
mutare taliter quod reliquie predicti
sancti martiris a populo christiano
honorificencius honorentur. offeres se
suis propriis missionibus defferri facere
de Ciuitate valencie ad Ciuitatem
barchinone encastum argenti seu testam
ad formam capitis hominis et spa-
tularum fieri incepta ad honorem dicti
martiris per bone memorie dominum marti-
num regem aragonum in dicta Ciuitate
valencie. et in qua idem dominus rex
ut asseritur septuaginta florenos
aragonum tantum exposuit. ipsamque testam
argenti inceptam predicta faciet solemniter
et decenter ad honorem dei et ipsius
martiris et ad decorem ecclesie barchinone.
et ipsam testam ornare faciet de mi-
tra argenti. sic quod circa perfectione reli-
quiarii predicti expendet de suo proprio
Octingentos florenos auri aragonum
taliter quod perfecto ipso reliquiario ossa
et reliquie ipsius sancti martiris in
eodem valeant collocari et perpetuis
temporibus inibi recondita remanere.
Et hec omnia predicta faciet si dominus do-
minus Episcopo et Capitulo beneplacito
processit ac voluntate. prefati vero
Reuerendus dominus Episcopus et honorabile
Capitulum audita ad plenum pia et
deuota exposicione per dictum hono-
rabilem Ferrarium facta deuocioneque
eiusdem quam habet ad martirem glorio-
sum sanctum Severum et affectione etiam
quam ex euidenti demostrat ad deco-
rem dicte ecclesie barchinone. et quod ex pre-
dicto Jocali ecclesia prefata multum deco-
rabitur. Reliquie etiam dicti martiris
gloriosi sancti Severi honorificencius
recondentur. Ad dei laudem ipsiusque mar-
tiris honorem predicta per dictum honora-
bilem Ferrarium exposita prout fue-
runt per eum specificata gratanter et
bono animo cum graciarum actionibus tam
dictus dominus Episcopus quam omnes domini de
Capitulo acceptarunt laudarunt et
approbarunt. et ne videantur ingrati in
missis et aliis diuinis officiis et bonis
spiritualibus que fiunt et de cetero fient
in ecclesia prelibata dictum honorabilem
Ferrarium et parentes et benefactores
suos participes esse voluerunt. et de gracia
speciali concesserunt ipsi domino Ferra-
rio deuocionem signanter inspecta. Et in
continenti dictus honorabilis Ferrarius
de predictis uberrimas laudes domino
offerens et martiri glorioso predicto
necnon eisdem dominis Episcopo et Capitulo
gracias quam plurimas offerens. promisit
predicta facere et complere hinc ad
quinque annos proxime venturos sub
bonorum suorum omnium obligacione. Et
postmodum quasi incontinenti dicti
domini Episcopus et Capitulum omnes
concorditer concesserunt dicto honorabili
Ferrario de podiolo quod casu quo ipse
instituat seu instituere intendat

tam in vita sua quam in ultima volun/
tate beneficium perpetuum in dicta ecclesia
Barchinone nunc pro tunc ipsum benefi/
cium admittunt et quod beneficiatus eius
quicumque fuit admittatur ad anniver/
saria cotidiana et alia omnia emolumenta
dicte ecclesie sicut unus \[alius] beneficiatus
dicte ecclesie et quod pro institucione dicti be
neficii nec pro recepcione eiusdem nec
pro recepcione dictorum anniversariorum
distribucionum sive aliorum emolumen/
torum dicte ecclesie dictus venerabilis Ffer
rarius nec aliquis pro eo nichil dicte /
anniversariis cotidianis dicte ecclesie dare
teneatur et hec concesserunt dicto hono/
rabili Ffferrario volente sibi super
premissis graciam facere specialem. Con/
cesserunt etiam eidem honorabili Ffferrario
quod ipsum beneficium possit instituere
in illo altari seu capella dicte ecclesie
et sub illa invocacione quam ipse voluit
Volentes et mandantes hec omnia con/
tinuari in presenti libro per me Bricardum
de plano canonicum et caritatarium dicte
ecclesie ad memoriam premissorum.

Anno MCCCCXVIII

Item die veneris tercia die madii anno anno Domini
MCCCCXVIII fuit incepta capitulum
generale ubi fuerunt honorabiles Guillelmus
Carbonelli vicarius generalis Reverendi
domini fratris Clementis Episcopi domini
Poncius archidiaconus penitenciarius G. Ianfridi precentor
... primus G. Bayeri
... de ... amario ... de Matha
mala Ffrancesc. de Podiolo P. Folgueri
G. Alayani P. Pujades Michael For
mosi P. Palou Johannes de ...
Plaro Ffr. de Plano Poncius de
Busquets ... de Plano Johannes
Textoris et P. Pareti omnes canonici
ecclesie Barchinone Et lecte primo
quibusdam constitucionibus ut est
moris /

Ordinavit quod venerabilis G. Carbonelli
sit administrator hospitalis
sancte Crucis una cum domino Ffrancisco Pi
neda supradicto

Et fuit prorogatum capitulum ad diem
lune proxime venientem

In qua die lune superius assignata videlicet VIII
die madii anno predicto fuit continuatum capitulum
supradictum et fuit prorogatum ad diem mercurii
proxime sequentem

In qua die mercurii proxime assignata lectis
... fuit prorogatum dictum capitulum ad
diem lune videlicet XXI die mensis ma
dii

Item die lune proxime assignata fuit continua
tum capitulum ut est moris et fuit prorogatum
ad diem mercurii XXV mensis madii

In qua die mercurii fuit continuatum dictum capitulum
et fuit prorogatum ad XIII mensis junii
proxime instantis

Item die jovis XIX die julii anno anno Domini
millesimo CCCCXVIII honorabile capitulum
sedis Barchinone ex certis causis animum ipsum
honorabile capitulum ad id moventibus suspe
derunt Anthonium Olivella bajulum
elemosine pauperum dicte sedis in
castris et villa de Cigis et mercapi
... de Capdaspes et de Garrafa ab o
fficio dicte bajulie prout latius continetur
in posse Gabrielis Cayrelis notarii die
et anno supradictis Et fuit ibi per
omnibus concordatum quod casu quo revocet
dicta suspensio et dictus Anthonius sit
restituendus in suo officio et regimi
ne dicte bajulie quod totum hoc sit gra
ciosum honorabili capitulo dicte sedis /

Domus caritatis minor sive thesaurarie
sedis Barchinone indiget pro ... ad
solucionem organorum que noviter fuit in
dicta sede Et ad vitandum dampnum ipsius
caritatis sive thesaurarie requirat
vendere ad ipsas pecunias habendas quoddam
per modum sequentem. Item tertio die mercurii
XXVIII Januarii anno Domini MCCCCXX
fuit concordatum in pleno capitulo dicte
sedis ubi fuerunt presentes honorabiles
Guillelmus Carbonelli vicarius Ffelipus de
Madalia G. Bayeri ... de ... amario
P. Folgueri G. Alayani Ffrancesc de Podi
olo Michael Formosi P. Ragasol
P. Palou Poncius de Busquets ... de
Plano Johannes Textoris P. Pareti
Gabriel Gombau et Ffr. de Plano
quod centum XXV solidos censuales quos
domus caritatis prestat dicte caritatis
anno quolibet XVI novembris pro centum
libris absolvant et diffiniant dicte
domui caritatis et quod ... de
Plano canonicus et caritatarius hoc anno
det et solvat dictas centum libras
honorabili Petro de Palaciolo et Gabri
eli Gombaldi canonicis et caritatariis
anno presenti et quod amodo dicta domus

caritatis recipiat integre et com
plete et sit eiusdem domus censuale
quod jam recipiebat super generali Ca
thalonie de quo serviebat dicta census
dicte caritatis Et de hoc prefati hono
rabiles caritatarii fecerunt absolucionem
nem et diffinicionem predictas die
et anno ut supra videlicet in pleno capitulo

1415 In nomine domini Nostri [illegible] Et die Sabbati Quarta die madii anno a nativitate domini Mº CCCCº XVº.
Convocato capitulo ecclesie barchinonensis per trinam
pulsacionem campane ut moris est pro Capitulo
generali celebrando, quod prout constitucione dicte
ecclesie debet et consuevit annis singulis in cras-
tinum festi sancte Crucis celebrari. In quo capitulo
convenerunt in domo Sacristie seu Thesau-
rarie dicte ecclesie ubi decretum est certis causis
ipsum Capitulum celebrari. honorabiles viri domini
Guillermus carbonelli canonicus et sacrista barchinonensis
vicarius in spiritualibus et temporalibus generalis
Reverendi in Christo patris et domini domini ffrancisci mi-
seracione divina Episcopi barchinonensis in remotis agen-
tis. Et honorabiles domini Dionisius poncii ar-
chidiaconus maior ffranciscus pineda canonicus
Guillermus bayeri Bernardus de sancto amancio, hugarius
de matamala ebdomedarius Guillermus alapa-
ny Petrus folgerii ebdomedarius fferrarius de podiolo Petrus
regassol Michael formosii ebdomedarius Petrus de
palaciolo Poncius de busquetis bartholo-
meus de castellar Bernardus de plano ffranciscus de
plano Johannes textoris ebdomedarius Gabriel
gombau Petrus pareti et Johannes siruer
omnes dicte ecclesie canonici. Et lectis per quendam consti-
tucionibus que legende erant in ipso generali
Capitulo iuxta quandam Constitucionem super
hoc editam et finita [?] officia ipsius ecclesie
que per Episcopum et Capitulum barchinonensis in generali
eiusdem ecclesie Capitulo de bienio in biennium
committi consueverunt ad committendum ipsa offi-
cia prout sequitur processerunt

Et primo ordinarunt administratores Ele-
mosine pauperum dicte ecclesie honorabiles et
providos viros dominos Guillermum bayeri et
Bernardum de plano canonicos dicte ecclesie

Item fuit ordinatum quod ego Petrus regassol
canonicus dicte ecclesie sim Caritaterius et procurator
posituram Junii et Septembris Caritatum
et existencium in manu Capituli Et sim
procurator anniversariorum Et Capellaniarum
Comitatus mense Capituli.

Item quod honorabiles Guillermus carbonelli
et Johannes siruer sint administratores
hospitalis sancte Crucis.

Item quod honorabiles Bernardus de sancto amancio et
fferrarius de podiolo sint procuratores operis
seu ffabrice dicte ecclesie

Item quod honorabilis Guillermus alamany
sit promotor negociorum dicti Capituli et
suppositorum sacramentalis.

Item quod honorabiles Petrus pareti et Ga-
briel gombau sint procuratores Sacristie seu
Thesaurarie dicte ecclesie et luminarie corpo-
ris Christi

Item quod honorabilis bartholomeus de castellar
sit procurator receptor et administrator
pecuniarum custodie preciosi corporis domini
nostri Jhesu Christi.

Item dicta die fuit ordinatum quod essent procuratores
anniversariorum comunium dicte ecclesie Guillermus torroni
et Geraldus de spelunca sicut fuerant annis preteritis
et ad colligendum censuale dictorum anniversariorum
Anthonius vila presbiter beneficiatus in dicta Sede et ad
prestandum [?] seu litteras dictorum anniversariorum
Petrus olivi presbiter barchinonensis

Et subprocurator seu ministralis domus ca-
ritatis et Capellaniarum Comitatus mense Ca-
pituli dictus Johannes salra presbiter beneficiatus
in dicta Sede sicut fuit in bienio preterito.

Et subprocuratores operis seu fabrice dicte ecclesie
dictus ffranciscus alagot et Guillermus clar presbiteri
beneficiati in dicta Sede

Item ordinarunt quod essent bucularii dictus Johannes
bruguera et bartholomeus poncii presbiteri beneficiati
in dicta Sede.

Et subprocuratores Sacristie seu thesaura-
rie dicte ecclesie Michael blasco et eius [?]
Salvator libres presbiter

Et distributor caritatum seu manantum dicte ecclesie
dictus ffranciscus prats presbiter beneficiatus in dicta
Sede
et administratores luminarie
Et monachi dicte ecclesie dictus Bernardus riba presbiter
et Gabriel masons clericus

Et renovarunt custodes corporis domini nostri
Jhesu Christi ~~[illegible]~~ prout est assuetum et postea con-
fuerunt de novo custodes eiusdem dictos bartho-
lomeum cases presbiterum beneficiatum in dicta Sede
Narcisum sagrera, Bernardum manresa Johannem
cardona et Gabrielem romei presbiteros

Item ordinarunt quod Petrus mathamala esset
porterius

Et dicta die fuit prorogatum dictum Capitulum
ad diem lune proxime venientem

In qua die lune supra assignata vi. die ma-
dii anno predicto fuit continuatum dictum Capitulum
et extitit ordinatum quod dictus G. ronza presbiter
beneficiatus in Sede barchinonensis sit dator signorum et dis-
tributor elemosine pauperum Sedis barchinonensis.

Et procuratores ad colligendum censuale
dicte Elemosine hugarius canyelles et
Anthonius damer presbiteri in dicta Sede beneficiati.
Et fuit prorogatum dictum Capitulum ad diem
veneris x. die madii

In qua die veneris x. die madii post dicta
lectis quibusdam constitucionibus prout est
moris ~~renovarunt~~ revocarunt Rogerium de
capellades baiulum loci de agiis ab officio suo
Et paulo post constituerunt de novo dictum Ro-
gerium de capellades baiulum dicti Capituli et loci
de agiis
Et dicta die fuit prorogatum dictum capitulum ad diem
martis xiiii. die dicti mensis

Et dicta die martis fuit prorogatum dictum capitulum
ad diem Jovis xxv. die madii

In qua die Jovis xxv. die madii lectis quibusdam
constitucionibus prout est moris domini de Capitulo assig-
narunt in auditores compotorum domus Caritatis
administrationis in bienio proxime preterito per dominum Bernardum
auditores de plano canonicum barchinonensem caritaterium dominos
fferrarium de podiolo et ffranciscum de plano
canonicos barchinonenses.
Ordinarunt etiam quod de pecuniis per Reverendum dominum
ffranciscum nunc barchinonensem Episcopum datis fabrice Se-
dis barchinonensis possint expendi in omnibus necessitatibus
dicti operis non obstante condicione seu condicionibus
appositis in dicta donacione, 2 prout certos duos
canonicos. fuerunt presentes domini Petrus Guillermus jaufredi
precentor et G. carbonelli sacrista
Item ordinarunt quod dictus Bernardus de vilaroure et
Petrus de muntpolers presbiteri beneficiati in
Sede barchinonensi sint procuratores et administra-
tores Elemosine pauperum Sedis barchinonensis
prout in bienio proxime preterito fuerunt
Item ordinarunt quod dicti Bernardus vilaroure et
Petrus de muntpolers teneantur reddere compota de
administracione per ipsos 2 quolibet eorum dispensata
ad ultimam diem aprilis proxime preteritam hinc et per
totum mensem Julii proxime venturum
Ordinarunt etiam quod Bernardus ça carrera sit pro-
curator Castri et ville de Agiis prout
antea erat
Et fuit prorogatum dictum Capitulum ad diem
lune xxvii. dicti mensis madii

Et dicta die martis fuit prorogatum dictum
Capitulum ad diem veneris xxxi. die madii

In qua die veneris predicta xxxi. die madii
lectis quibusdam constitucionibus prout est moris
continuando dictum generale Capitulum in quo
intervenerunt et presentes fuerunt honora-
biles viri domini ~~Guillermus~~ canonici subscripti
videlicet domini Guillermus carbonelli sacrista
et vicarius Reverendi domini Episcopi, Petrus
Guillermus jaufredi precentor, ffranciscus
pineda, G. bayeri, Bernardus de sancto amancio, hugarius
de mathamala, Guillermus alamany, Petrus folgerii
fferrarius de podiolo, Petrus regassol, Michael formosi
Petrus de palaciolo, Poncius de busquetis, Gabriel
gombau, Bernardus de plano, ffranciscus de plano, Johannes
textoris, bartholomeus de castellar, Petrus pareti
et Johannes siruer Attendentes quod Reverendus
dominus ffranciscus clementis miseracione divi-
na barchinonensis Episcopus per duas vices realiter
dedit ffabrice dicte ecclesie Centum mille solidos centum mille sol.
barchinonenses quos in Sacristia eiusdem ecclesie deposuit per la fabrica del
pro continuacione ffabrice ipsius ecclesie unanimiter Seu.
concordarunt et ordinarunt ut perpetuis temporibus
fiant in ipsa ecclesia pro bono statu persone dicti
domini Episcopi dum in humanis erit et post dies
felices suos et longevos pro salute anime sue
Duodecim anniversaria quolibet mense unum
ut inferius declarabitur quorum octo fiant in
forma communi prout est solitum in dicta ecclesia celebrari
Reliqua vero quatuor anniversaria sub forma
sequenti scilicet quod quolibet die ipsorum quatuor anniversa-
riorum paretur tumba in coro cum pano aureo
et tela linea et ardeant in coro Sex cerei
et alii Sex coram altari maiori, missa ce-
lebretur de deffunctis, Diachonus et Subdiachonus
sint canonici et duo canonici officient in dicta
missa cum capis nigris et celebrata dicta missa
fiat absolucio generalis in dicto coro, Die
autem precedenti ipsorum quatuor anniversariorum post
completorium et die celebracionis eorumdem post
primam pulsentur omnia simbala et squille pro ipsorum
quatuor anniversariorum significacione. Procu-
ratores autem dicte ffabrice dent quolibet die
dictorum quatuor anniversariorum monachis dicte
ecclesie pro remuneracione pulsacionis simbalorum
et squillarum Septem solidos Et Sacristie ipsius
ecclesie pro dictis xii. cereis et tumba parada
Quatuor solidos. Intellecto tamen quod procurator
anniversariorum non teneatur aliquid dare racione dictorum
anniversariorum ultra porciones assuetas
De dictis autem quatuor anniversariis fiet unum
quinta die Januarii, aliud Septima die Aprilis
Tercium fiet Tercia die Julii, et Quartum
fiet Tercia die octobris
De residuis autem octo anniversariis communibus
fiet primum quinta die ffebruarii Secundum quinta die
marcii Tercium Septima die madii Quartum
Quarta die Junii Quintum quinta die Au-
gusti Sextum Tercia die Septembris Septimum
Quinta die Novembris, et Octavum Quinta
die decembris

pro anniversariis domini episcopi fiant [illegible]
ad [illegible]

auditores compotorum

Die Jovis xxviii die mensis madii anno a nat. dni m.cccc.xvi loco dni petri folgueri qui migravit ab hoc seculo fuit facta commissio hon. dno p. de palou preceptori similiter et hon. dno bn. de plano

undecim tantum canonici ex quadraginta in dicto capitulo

revocatio ffran. alagon a peracione operis

in Caritario

Et dicta die lune .x. junii fuit prorogatum dictum Capitulum ad diem lune proxime venientem que erit .xvii. dies junii

In qua die lune .xvii. junii lectis quibusdam constitucionibus prout est moris dni de Capitulo assignarunt in auditores compotorum Elemosine dnos Petrum guillm. Jaufredi preceptorem et Guillm. alamany in biennio preterito elemosinarium

Item in auditores compotorum domus Caritatis dnos ffranciscum pineda et bnardum de plano in biennio preterito Caritatarium

Item in auditores compotorum Anniversariorum dnum petrum folguerii et dnum bn. de plano

Item in auditores compotorum Sacristie dnos bn. de sancto amancio et Gabrielem gombau in biennio preterito Sacristam

Item in auditores compotorum operis dnum bng. de mathamala et me petrum regassol in biennio preterito operarium

Item in auditores compotorum luminarie et Custodum corporis xpi dnos ffrancium de podiolo et Johannem siruet

Item predicti dni audiant compota Ciamarie

Et fuit prorogatum dictum Capitulum ad diem mercurii .xxvi. junii

Die veneris secunda die Augusti dicti anni m.cccc.xv. ffuit celebratum capitulum in quo intervenerunt et presentes fuerunt hon. dni G. carbonell sacrista et vicarius Reverendi dni Epi Guillm. bayn ffran. pineda bng. de matamala G. alamany Gabriel gombau ffrancius de podiolo Poncius de busquetis bn. de plano Johes siruet et ego p. regassol et dicti dni Capitulum celebrantes revocarunt a peracione operis dictum ffranciscum alagon beneficiatum in dicta Sede quem pridie constituerant ex eo quia ut procurator dni Anthony vicenc can. bar. presentavit in dicto petro regassol et Johanni salzany ministrali domus Caritatis quandam inhibicionem cum pena excommunicationis

lata supra a quodam Auditore sacri palacii apostolici emanata ut infra .xv. dies solvat dicto dno Anthonio seu eius procuratori .viii. libr. .iiii. sol. quas domus Caritatis bistraxit in fructus sive proventibus que est prestatoria dni Epi dum vacabat per mortem dni Nicholai perii quondam Et quia dictum negocium tangit dictum Capitulum contra quod fuit processum sine aliqua citacione et oportebit [illegible] appellacionem et inde sequentur multe expense ideo dicti dni de Capitulo in aliqualem penam dicti ffrancisci fecerunt dictam revocacionem

[interlinear additions: ... dicti dni Anthonii ... suis ... mandaverunt dicto procuratori ut ad hoc [illegible] Caritario ... quod non fecit [illegible]]

Die mercurii .xxi. die Augusti predicti anni fuit celebratum Capitulum et dni de capitulo cum presencia in posse Gabrielis canyelles notarii constituerunt peratorem operis Sedis in locum dicti ffrancisci alagon dictum Simonem stradery presbiterum beneficiatum in dicta Sede

Item assignarunt in auditores compotorum dicti ffrancisci alagon dnos bnardum de sancto amancio et Johannem siruet canonicos barchn.

Die mercurii nona die octobr anno dni m.cccc.xv. fuit celebratum Capitulum in Sacristia dicte Sedis in quo interfuerunt hon. dni G. carbonell sacrista et vicarius predictus p. de palaciolo preceptor ffranciscus pineda G. bayn bn. de sancto amancio p. folguerii ffrancius de podiolo barth. de castllar michael formosii Gabriel gombau Poncius de busquetis Johannes textoris p. peti et ego petrus regassol caritarius Et per dictum dnum Johannem textoris fuit supplicatum dicto hon. Capitulo ut sibi provideret et assignacionem faceret de hospicio quod tunc pro vendere possidet dictus dnus p. de palaciolo asserens dictum dnum Johannem dictum hospicium vacare ex permissione facta dicto dno p. auctoritate apostolica de preceptoria ecclesie bar. de qua possessionem recepit octava die dicti mensis et quod habebat aliud hospicium

seu locum ipsius ipse dnus Petrus possidebat .Cxxi. libr. octo sol. et sex dnos censuales quod emptum fuit de precio hospicii venditi dicte preceptorie Et dictus dnus petrus asseruit dictum suum hospicium non vacare propter recepcionem possessionis dicte preceptorie cum ipse non adquisierit aliud hospicium tunc dicte preceptorie et iuxta tenorem Constitucionum dicte ecclesie oportet quod adquirat secundum hospicium antequam vacet primum Et hiis et pluribus aliis verbis dictis dictum hon. Capitulum iniunxerit dictis dnis p. et Johanni ut a dicto Capitulo exirent quod illico fecerunt Et incontinenti habito colloquio inter dictos dnos de Capitulo et visis constitucionibus dicte ecclesie delliberarunt quod dictum hospicium dicti dni petri de palaciolo debebat assignari dicto dno Johanni textoris tanquam vacans Et vocatis dictis dnis Petro de palaciolo et Johanne textoris prolata per dictum dnum vicarium coram ipsis intencione et deliberacione dicti Capituli providerunt de dicto hospicio et eundem assignarunt dicto dno Johanni textoris sine tamen preiudicio iuris alieni Et mandarunt michi dicto Petro regassol Caritatis preposito ut hec omnia in presenti libro continuare Et confestim dictus dnus petrus de palaciolo protestatus fuit quod ipse supradictis non consenciebat immo in eis quantum in ipso erat contradicebat et oraculo vive vocis ad summum pontificem appellabat dicens quod suam appellacionem in scriptis dare intendebat

Die lune Quarta die Novembris anno predicto fuit celebratum Capitulum ut moris est in dicta Sacristia in quo intervenerunt et presentes fuerunt honorabiles dni ffrancius de podiolo vicarius G. bayn ffranciscus pineda bng. de mathamala bn. de sancto amancio p. folguerii G. alamany bartholomeus de Castellar michael formosii Gabriel gombau Poncius de busquetis bn. de plano petrus peti Johannes siruet Emanuel de rajadello et ego Petrus regassol Caritaterius dnus Petrus de palaciolo preceptor

et dnus Johannes textoris predicti de voluntate dicti hon. Capituli super questione in qua erat pro hospicio memorato compromiserunt in dictos dnos bnardum de sancto amancio et Poncium de busquetis in arbitros et arbitratores et quod in casu discordie habeant stare consilio dicti dni Emanuelis de rajadello prefixerunt eis tempus infra quod dictum negocium habeant terminare hinc et per totum presentem mensem Et quod dictum tempus possint prorogare per totum mensem decembris proxime venturum De pena non fuit concordatum quod apponatur

Item die mercurii .xvii. die mensis junii anno a nat. dni m.cccc.xvi. ffuit celebratum Capitulum in dicta Sacristia in quo intervenerunt et presentes fuerunt Reverendus dnus Epus p. maleti decanus G. carbonell sacrista p. de palaciolo preceptor ffranciscus pineda G. alamany G. bayerii ffrancius de podiolo bng. de mathamala michael formosii p. folguerii bn. de plano p. piyada Johannes textoris ffranciscus de plano p. peti Gabriel gombau Johannes siruet et Emanuel de rajadello canonici bar. et Capitulum facientes declararunt dictum hospicium de quo erat questio inter dictos dnos petrum de palaciolo et Johannem textoris debere remanere penes dictum dnum Petrum de palaciolo quamdiu canonicus barchn. erit et aliud hospicium non habebit Attento quod dictus Reverendus dnus Epus dixit ipsum scire talem fuisse et esse intencionem dni nostri pape Et quod hac vice dictum hospicium non pertinet dicto dno Johanni textoris licet alias fuisset sibi per dictum Capitulum assignatum declararunt etiam quod per hoc non fiat aliquod preiudicium dicto dno Johanni textoris immo illo ordine et iure quibus dicebat se ipsum hospicium debere possidere possit et valeat dictum hospicium cum alias vacabit seu aliud cuiusvis hospicium primo vacaturum obtinere et possidere ac si questio predicta minime mota fuisset nec alii dni canonici dicte ecclesie in alia vacacione hospicii prefati valeant dicto dno Johanni preiudicare presentem declaracionem mandantes omnia hec in presenti libro continuari.

1417 In nomine Domini. Noverint universi quod die
Martis quarta die Madii Anno a nativitate
Domini M°CCCC°XVII°. Convocato Capitulo Ecclesie
Barchinone per trina pulsatione campane ut moris
est pro celebrando generali capitulo quod per
constitutionem dicte Ecclesie debet et consuevit anno
singulo in crastinum festi sancte Crucis celebrari. Et celebrata primitus missa de sancto Spiritu
alta voce per reverendum patrem et dominum dominum
Andream Episcopum in altari constructo in
domo nova in capite Claustri sub invocatione sancte Trinitatis in quo Capitulo
convenerunt et presentes fuerunt superius
Reverendus in Christo pater et dominus dominus Andreas
miseratione divina Episcopus, et honorabiles atque providi
viri domini dominus Dominicus poncii archidiaconus maior, P.
Galceri decanus, Guillermus Carbonelli sacrista,
Petrus palou precentor, Emanuel de Ca
rasello, archidiaconus vallensis, Franciscus pinedas,
Guillelmus alamany, Bernardus de sancto amancio,
Berengarius de Mathamala, Ferrarius de podiolo
Simo de prats, Michael formosi, P. Texidor,
P. pinades, Berengarius de plano, Johannes textoris
P. pavia, Gabriel gombaldi, Narcisus de
sancto dionisio, Johannes fuent, Bartholomeus castellar
Bartholomeus Mollet, P. poncii de fonolleto. G.
Cortina omnes Canonici dicte Ecclesie. Et lectis
per quibusdam constitutionibus que legende
erant in dicto generali Capitulo presertim quadam
Constitutione super hoc edita, Et finita
essent officia ipsius Ecclesie que per Episcopum
et Capitulum Barchinone in generali Capitulo de
biennio in biennium committi consueverunt,
ad committendum dicta officia prout sequitur
processerunt.

Et primo ordinarunt ad ministratores
Elemosine pauperum dicte Ecclesie honorabiles
et providos viros Ferrarium de podiolo
et Petrum Regasol Canonicos dicte ecclesie

Et prorogarunt dictum Capitulum ad diem mercurii
proxime sequentem que erat V dies mensis

Et dicta die mercurii ordinarunt quod ego
Johannes textoris sim Caritaterius et
procurator possitarum mensium Junii et
Septembris vacantium et existentium
in manu et administratione dicti Capituli
Et etiam sim procurator aniversariorum dicte
Sedis et Capellaniarum vacantium mense dicti
dicti Capituli

Item dicta die mercurii quinta die dicti mensis
Madii elegerunt in administratorem
hospitalis sancte Crucis dicti et providum
virum dominum Simonem de Pr[illegible] [illegible] cum
dicto domino Johanne fuent qui jam
in alio biennio proxime lapso fuerat electus
ad ministrator dicti hospitalis

Item ordinarunt et elegerunt operarios fabrice
dicte Sedis honorabiles Guillelmum Carbonelli et Michaelem
formosi

Item quod sint procuratores Sacristie dicti Berengarius
de Mathamala et Narcisus de sancto dionisio

Item quod sit promotor negotiorum Capituli et procurator
causarum patrimonialium dominus P. poncii de
fonolleto

Item quod discretus Johannes Calva sit ad officium
de ministrallo domus Caritatis

Item quod discreti Geraldus de pellinus et G.
torrons sint receptores et distributores
aniversariorum dicte Sedis

Item quod Anthonius Vila presbiter beneficiatus in dicta Sede
sit collector mortabatiorum dictorum aniversariorum

Item ordinarunt subprocuratores Sacristie in poces
seu thesaurarie dicte Sedis discretos
Michaelem blasco et Salvatorem libres

Item distributorem maynatorum dicte Sedis
Bernardum Costa presbiterum beneficiatum
in dicta Sede

Item ordinarunt subprocuratores operis seu fabrice
discretos Guillelmum Clar et Anthonium
Darner presbiteros beneficiatos in dicta Sede

Item ordinarunt quod botellarii discreti Bernardus
Marquet et Jacobus Scart presbiteri beneficiati in
dicta Sede

Item ordinarunt Custodes Corporis Christi
discretos Franciscum avellaneda Johannem
parallada en Mora presbiteros beneficiatos
in dicta Sede, Anthonium puig et Petrum
pinu presbiteros Barchinone

Item fuit prorogatum Capitulum ad diem veneris
proxime sequentem

Item dicta die veneris VII die dicti mensis Madii
fuit prorogatum de porta ad beneplacitum dicti Capituli tum P. de Mathamala

Item fuerunt ordinati monachi pro tunc
erant Bernardus Riba et Gabriel Mas

It die veneris viii die mensis madii
fuit prorogatum dictum capitulum ad diem
lune proximam sequentem

It die lune x die mensis madii fuit
prorogatum dictum capitulum ad crastinum

It die martis xi die mensis predicti fuit
revocatus de officio baiulie loci de
Cigines Bonanatus Amat dicti loci de
Cigines. Et statim in ipsa metipsa
per reverendum dominum episcopum et honorabile
capitulum fuit provisum de dicto officio
baiulie ad beneplacitum eorum dicto Bo
nanato Amat

It fuit prorogatum dictum capitulum ad
diem veneris proxime sequentem

It die veneris xiiii die mensis madii
ordinarunt maiordomum elemosine
pauperum discretum Petrum de Monte
olerio et quo ad rectorem sibi discretum
Anthonium Portella presbiteros beneficiatos in
dicta sede

It ordinarunt supradicta die quod discretus
G. Ronyra presbiter beneficiatus in dicta sede sit
dator signorum et distributor elemosine
pauperum dicte sedis Barchinone

It dicta die ordinarunt ad colligendum
censuale morabatinorum discretos
Berengarium Cayelles presbiterum beneficiatum
in dicta sede et Johanem Cardona
presbiterum Barchinone. —

It dicta die fuit factus procurator castri
de Cigines ad beneplacitum eorum Berengarius
ça Tarrera

It dicta die fuit prorogatum dictum capitulum
ad diem jovis post festum ascensionis
qua computabatur xxviii die dicti mensis
madii

It die lune xviii die supradicti mensis
madii post prandium sine interruptione
prorogationis capituli generalis fuit provisum
de magistro scolarum gramaticalium domino
Galsando Vetha ad beneplacitum eorum
domini episcopi et honorabilis capituli de qua provisione
fuit instrumentum dicta die per discretum Gabrielem
Cayelles notarium Barchinone supradicte. Anno

It die jovis xxviii die mensis madii
continuando capitula generalia et lictis
quibusdam constitutionibus ut moris est reverendus
dominus episcopus et honorabiles domini de
capitulo assignarunt auditores computorum
elemosine pauperum venerabiles dominos
Petrum Malet et Bernardum de
Plano in biennio preterito elemosi
narium

It ordinarunt auditores computorum domini
Petri Regazol caritaterii in biennio
preterito venerabiles dominos Franciscum Pineda
et Bernardum de Sancto Amancio

It ordinarunt auditores computorum
Johannis de Salva sub precentoris dicte
caritatis dominos Petrum Regazoll
et Gabrielem Gombaldi

It auditores computorum anniversariorum
sedis Barchinone dominum Petrum Pineda
et dominum Petrum Regazol in biennio
preterito caritaterium

It ordinarunt auditores computorum sa
cristie minoris dominos Petrum Peri
et Franciscum de Plano

It auditores computorum fabrice dominos
Bernardum de Sancto Amancio et Bertholo
meum Castellar

It ordinarunt auditores custodum
corporis Christi et luminarie dominos Petrum
Pareti et Gabrielem Gombaldi

It dicta die honorabilis dominus Petrus de
Palaciolo precentor fuit subrogatus
ad compota anniversariorum biennii preteriti
loco domini P. Folquerii qui simul cum domino
Bernardo de Plano cui ea dicto domino P.
Folquerii fuerant jam commissa

It dicta die fuit prorogatum dictum capitulum
ad diem lune qua computatur viii die
mensis junii.

It dicta lune viii die mensis junii lictis
quibusdam constitutionibus ut est fieri
consuetum prorogarunt dictum capitulum ad
diem lune proxime sequentem

It dicta die lune viii die mensis junii
continuantes capitulum generale in quo

capitulo intervenerunt et presentes
fuerunt reverendus in Christo pater et
dominus dominus Andreas miseratione divina
episcopus, dominus P. Malet decanus, dominus
Guillelmus Carbonelli sacrista, dominus P.
de Palaciolo precentor, Franciscus
Pineda, Berengarius de Marthamala
G. Alamany, Bernardus de Sancto Amancio
Ferrarius de Podiolo, Michael Formosi
P. Regazol, Bernardus de Plano, P. Pineda
Johannes Sertoris, Franciscus de Plano
P. Torell, Simon de Prat, Johannes
Fuent, Berengarius Molis, G. Cerquia et
Bertholomeus Costa, omnes canonici dicte
ecclesie. Et ibi primo quibusdam consti
tutionibus ut est moris. Attendentes
provisione honorabilis capituli dicte sedis factam
fuisse ad beneplacitum dicti honorabilis capituli
venerabili et discreto Galcerando Rotha
presbitero in dicta sede beneficiato de scolis
gramaticalibus et logicalibus sedis Bar
chinone cum canonicali porcione et aliis
iuribus predecessoribus suis in dictis scolis
dari assuetis, de qua quidem provisione
receptum fuit publicum instrumentum per Ga
brielem Cayelles notarium Barchinone
xviii die madii proxime lapsi. Et licet
provisio supradicta ad beneplacitum facta
fuerit capituli supradicti, attamen dominus
episcopus et ipsum iustis causis permoti pie
et prudenti deliberarunt beneplacitum
supradictum extendi et perpetuari de tota
natali ipsius Galcerandi Rotha.
Protinus jam dicti reverendus dominus
episcopus et honorabile capitulum scolas
supradictas cum canonicali porcione predicta
et aliis iuribus predecessoribus in dictis
scolis dari assuetis jam dicto Galcerando
Rotha de tota vita sua natali liberaliter
concesserunt. Hac tamen conditione ad
iecta prout jam inde alias contenta est
in instrumento jam dicto quod jam dictus Galcerandus
nequeat nec sibi liceat scolas jam
dictas seu magistratum earum exquacumque
causa sive quovis titulo permutare cum
quovis alio sine expressis voluntate et con
sensu et admissione et collatione honorabilis
capituli supradicti. Et si contrarium per eum

fieret voluerunt dicti reverendus dominus
episcopus et honorabile capitulum quod nunc
et tunc presens perpetuatio de vita
dicti Galcerandi habeatur pro non facta et
careat viribus effectu et benepla
citum supradictum amplius non duret
ymo penitus sit finitum. Volentes
hec in presenti libro continuari pro me
moria rei geste

It dicta die fuit prorogatum dictum capitulum
ad diem sabbati qua computabatur xviii
die supradicti mensis junii

It dicta die sabbati fuit prorogatum dictum
capitulum ad diem martis proxime
sequentem

It die martis supradicta xxi die
mensis junii continuantes capitulum
generale in quo capitulo intervenerunt
et presentes fuerunt reverendus in Christo
pater et dominus dominus Andreas episcopus
et honorabiles et circumspecti viri scilicet dominus Petrus
Malet decanus, dominus G. Carbonelli sa
crista, dominus P. de Palaciolo precentor
dominus Emanuel de Varadello archi
diaconus Vallensis, Berengarius de Marthamala, Franciscus
Pineda, Ferrarius de Podiolo, Bernardus
de Sancto Amancio, Guillelmus Alamany, Michael
Formosi, Bernardus de Plano, P. Pineda
Simon de Prat, Johannes Sertoris, P.
Pareti, Franciscus de Plano, Narcisus
de Sancto Dionisio, Johannes Fuent,
Bertholomeus Moles, lictis primo quibusdam
constitutionibus ut moris est ordinarunt
quod de inde non admittatur beneficium
novum in dicta sede nisi fuerit dotatum
in redditibus in alodio sexdecim
librarum Barchinone

It ordinarunt quod de cetero quilibet
volens dotare beneficium in dicta
sede habeat dare seu assignare
anniversariis communibus dicte
sedis in redditibus in alodio
alias sexdecim libras Barchinone.
Et ut de hiis habeatur memoria
voluerunt dictas ordinationes in
presenti libro continuari etc.

Provisio magistri scolarum fratri Galsando Vetha

Auditores

Perpetuatio de scolis gramaticalibus et logicalibus venerabili Galcerando Rotha de tota vita sua natali

De inde non admittatur beneficium in dicta sede nisi habeat xvi libras in redditibus alodialibus etc.

De cetero quilibet volens dotare beneficium in dicta sede habeat dare anniversariis communibus dicte sedis sexdecim libras etc.

relacio reparacionis hospicii hon. dni Brni de plano

Novembris
Die lune xxviii die mensis anno
anatiuitate dni Mccclxxvii hon. Michael For
mosii et P. Regasol Canonici Ecclesie
barchn ad hec per honorabile Capitulum dicte
Ecclesie electi constituti intus domum nona
in capite Claustri ubi Capitulum cele
brabatur retulerunt oraculo viue vocis
se accessisse ad domos siue hospicium
dicti hon. Capituli quas seu quod hon.
Johannes de sto plario quondam canonicus
eorundem dum viuebat obtinebat nunc
vero hon. Brn. de plano Et re oculis
subiecta et adhibens secum magistris
tam lapicidis quam lignifabris in ipsarum
expertis viderunt et cognouerunt domos
siue hospicium ante dictum carere pluribus
sibi et illis necessaria reparacione ad quam repa
racionem dixerunt fore obligatum dictum quondam hon.
Johannem de sto plario pro tempore quo in
habitauit seu tenuit ipsas domos seu
hospicium Et ideo arbitrarunt concorditer
ad ipsam reparacionem fore necessarium
quantitatem quinquaginta florenorum
ad quos dandos et exsoluendos bona
paruitatis quondam hon. Johannis de sto plario
condempnarunt et condempnat quatenus in
reparacione predicta per honorabilem dominum
Bernardum de plano nunc possidentem
dictas domos siue hospicium huiusmodi
seu quemuis alium possidentem dictum
hospicium siue domos Et ne predicta obli
uioni tradantur — voluerunt
dicti hon. dni de capitulo dictam relacionem
in libro continuari per me Johannem
Textoris Canonicum et anno presenti Ca
ritatarium Ecclesie supradicte

Comissio decime den. Bladi

It. dicta die fuit comissum per hon. capitulum
hon. Bernardo de plano et Francisco
de plano Canonicis quod cognoscant
de questione decime den. bladi que
est inter prepositum mensis Septembris
et dictum Johannem Sirvent prepositum
mensis febroarii

(Anno anatiuitate dni Mccclxxviii)

Die mercurii quarta die Madii anno anatiuitate
dni Mccclxxviii fuerunt inter Capitula generalia
ut moris est et ista subsequenter fuerunt in dicto Capitulo
honorabiles Ferrarius de p[...] Bicarius Reuerendi
in Christo patris et dni dni Andree miseracione
diuina Episcopi et hon. P. Maleti decanus Gui
lelmus Carbonelli sacrista Brngarius de Mathamala
Franciscus pineda Michael Formosii P. Regasol
P. pinada Johannes Textoris P. pareti Franciscus
de plano Bartholomeus Moles Johannes Sirvent
Guillermus cortina Bartholomeus Costa et primo
terminis quibus constitutoribus ordinarunt quod
dictus Franciscus de plano [...] procurator et visitator
hospitalis sancte [...]ona cum dicto Gabriele
Gombaldi Et dictus dnus Franciscus de plano
dictam procuracionem dicti hospitalis acceptauit
cum conditione quod ipse dnus Franciscus anno presenti
vendo erat aliis negociis occupatus et
propter hoc non esset astrictus tenere dictam procuracionem
nisi per dictum unum annum tantum. Et ita fuit
sibi concessum licet non sit consuetum fieri Et
ista die nichil aliud fuit processum in dicto
Capitulo sed fuit prorogatum ad diem veneris
proxima sequentem

Et dicta die veneris fuit prorogatum ad diem veneris
qua computabitur xxviii die mensis Madii

It. die veneris xxviii die mensis Madii continuatis
Capitulis generalibus in quo Capitulo interfuerunt
et presentes fuerunt hon. dni P. Maleti vicarius
et decanus P. palou precentor Guillermus Carbonelli
sacrista Emanuel de Vaciadello archidiaconus
Vallensis Brengarius de Mathamala Franciscus pineda
Bernardus de sto Amancio Michael formosii P.
Regasol P. pinada Bernardus de plano Johannes
berengario vilo canonico quatenus dictarum
ordinacionum ad unguem observari faciam
in persecutione exequendi penas et alia
in dicta ordinacione contenta.

Hic debent inseri multe alteraciones
que fuerunt in scriptis sup arcam
scolarem et scolares officiales et per
sonas. indebite. iniuste. et contra per
sonas ecclesiasticas ecclesiasticas personas
et bona eorundem. que propter
perplexitate obmittuntur.

Die mercurii xxii. aprilis anni predicti
M. cccc. lxxij. presiden honor Jo
annes comes Canonico et vicario
sede vacan. fuit conclusum q nullus
ex dominis Canonicis possit pretextu
recipe aliqua porcionem dt paduis
in totum vel in partem ex aliquibus
dominis propositis pretendentibus
ad integram fruitionem mensate
no teneri. nec possint illis aliqua
graciam facere. nisi de expresso lic
cio et consensu honor Capli super
hoc convocati sub pena excommuni
catis sive a qua nullus vicarius possit
contrafacientem absolvere. nisi
in pleno Caplo super dicta absolucione
specialiter convocato

Die lune. xi. mensis May anni quadringentesimi
septuagesimi secundi in Caplo generali super
infrascriptis spatis et aliis ecclesie negociis
convocato in quo presidebat. honor Ber
nardus de thoc Canonicus et vicarius
pro dicto Caplo sede vacan. et presentes
fuerunt honor et circumspecti viri d.
Lodovicus Vicenent. Johannes comes. bar
tolomeus figneres. guillermus lull. ber
nardus mathei. martinus johannes de foxa
Nicolaus corrada. Joannes scopes. Joannes
rosida. gaspar peyro. Jacobus torres. petrus
Stephani. petrus raymundus lotrer et
berengarius vilo. Canonici prout moris
est celebrantes captm Ea propter nos
dicti vicarius et captm cum intelligeremus
multos redditus ac proventus huius nostre
ecclesie fore perditos/atque eorum maximam partem

creacio de novo officij
racionalis/ et eiusdem
illi iniunctum

iam memoria excidisse. quod profecto tam incuria et negligentia eorum qui hactenus administrationes memoratas ecclesie procurarunt quam ob ingens bellum quo diutius premimur contigisse satis exploratum habemus verentes in id crimen incidere quod in alios redarguimus. Cupientesque redditus prouentus res ac fortunas omnes ecclesie quarum curam precipuam gerere debemus pro viribus augere potius quam minuere, ut eisdem redditibus et prouentibus ut etiam rerum retentarum conseruationi et augmento salubriter consulatur. Officium rationalis quod perpetuo in hac nostra ecclesia durare volumus. ad dei laudem et honorem eiusque immaculate genitricis gloriam et ad ipsius ecclesie ac rerum eius instaurationem. condimus et creamus.

offici rational

Quodquidem officium per biennium uni ex canonicis conferri statuimus et ordinamus. Itaque primum biennium incipiat prima die mensis Maii

1473

proxime futuri Anni videlicet Millesimi quadringentesimi septuagesimi Tercij et finiet vltima mensis Aprilis Anni LXXV^ti quo tempore omnes officiales administrationes dicte ecclesie tenentes et gubernantes erant. postea vero bienniatim eligatur canonicus ad dictum officium prout aliorum officiorum electiones in hac celebri ecclesia fieri solent. Et quia sine mercede cuique labores iniungere nephas ducimus ob labores et onera quos ratione dicti officij subiturus est emolumentum et salarium in capitulis inferius exaratis descripta. Vna cum his quos ratione dicti officij circa ... atque gesturus est in rem perpetue volumus constituimus et ordinamus. Quorum siquidem capitulorum tenor qui sequitur est

Primo quod Canonicus ad hoc electus teneatur omnes habere libros tam diffinitos quam diffiniendos omnium administrationum ecclesie a procuratoribus earundem videlicet Elemosine, Anniuersariorum, Caritatis, Sacristie, luminarie et operis dicte ecclesie, tam de administrationibus quibusque redditibus intus Ciuitatem barchinonensem quam extra illam vbilibet consistentibus et tam a partibus preteritis quam etiam presentibus et futuris, Ex quibus et a quolibet libro dictarum administrationum faciat vnum librum siue memoriale de omnibus arreragijs seu restis debitis usque in presentem diem et in futurum et ponat dictus librum siue libros in Archiuo Capituli a quo amouere seu extrahi nullatenus possit per dictum Canonicum nec per aliquem alium sub pena excommunicationis. Habeatque dictus Canonicus plenam auctoritatem et potestatem compellendi omnes procuratores predictos ad dandum et tradendum sibi dicta compota et si per eos alias data fuerint, vel per eos sibi tradatur copia dictorum compotorum ut arreragia per dictum Canonicum recipiantur.

Item facta discussione et diligentia predicta in fine sui regiminis dictus Canonicus teneatur facere alium librum seu memoriale in quo contineantur arreragia restantia ex predictis arreragijs et ponere illum in dicto Archiuo a quo sub dicta pena aliquo modo extrahi non possit, teneatur etiam in dicto libro describere proprietates et alodia restituta vel diruta seu reducta si que sint et fuerint Et si que sint vel fuerint in Ciuitate requirat Capitulum celebrari pro commissione fienda ut dictis proprietatibus prout necessarium fuerit prouideatur

Item cum hominum memoria labilis sit et ut posteris mittamus que a preteritis nos habuimus dictus Canonicus teneatur facere vnum librum Capibreuium siue lauador in quo contineantur omnes redditus omnium predictarum administrationum nomina et cognomina etiam possidentium. Teneatur etiam notare et designare in dicto libro quascumque alienationes que abinde fient Et ut facilius fieri possit Elemosinarij et alij officiales et administratores dicte ecclesie non possint nec eis licitum sit dominij ratione aliqua instrumenta firmare nisi prius per dictum Canonicum fuerint in dicto libro descripta et annotata

Pecunias vero que inde prouenient deponi faciet dictus Canonicus per Collectores seu substitutos. Scilicet illas que procedunt ex administratione anniuersariorum in tabula cambij Ciuitatis barchinone dictas et scriptas procuratori et administratori Anniuersariorum iuxta formam sententie Arbitralis alias late inter Capitulum et clerum. Et que procedent ex elemosina Elemosinarijs et maiori domus. Et que a domo Caritatis Caritatario. Que a Sacristia et luminaria Sacriste et substituto. Que vero prouenient ab opere Sedis dicti faciat et scribi in dicta tabula operarijs maioribus et minoribus. deducto tamen primo et penes se retento salario dicto Canonico et substitutis suis inferius designato et stipulato pro laboribus suis Et ut cautius et securius predicta fiant in principio regiminis seu electionis dicti Canonici per dictum Capitulum eligentur duo canonici. quibus teneatur reddere rationem de receptis et administratis per eundem Canonicum

Item teneatur de cetero dictus canonicus interesse in auditione compotorum omnium administrationum predictarum simul cum Canonicis per dictum Capitulum destinandis, et etiam teneatur facere vnum librum in quo conclusiones seu diffinitiones omnium administrationum notentur, nec non et arreragia per dictos procuratores danda, et dictus liber a dicto Archiuo per aliquem extrahi non possit sub dicta excommunicationis pena. Dictus tamen canonicus qui pro tempore fuerit possit de dicto libro copiam habere ut dicta arreragia exhigat

Item cum aliqui prepositure adeo deteriorate existant, deteriorarique magis credentur, eo maxime quia redditus et membra illarum penitus ignorantur quod in magnum vertitur capituli damnum, dictus canonicus faciat vnum librum siue capibreuium omnium prepositurarum existentium sub protectione dicti capituli ut posteritati ut instituta aliquorum memoria habeatur, habeatque omnia instrumenta prepositurarum predictarum et illa recondat in dicto Archiuo Et si contingat dictas preposituras sub protectione Capituli existentes per dictum Canonicum capibreuiari, non possit emolumenta ex dicto Capibreuio prouenientia [illegible] facere, nisi de et cum expresso consensu dicti Capituli, Cuius determinationi omnino subiaceat et cognitioni

Pro salario vero et laboribus predictorum habeat dictus Canonicus tam pro se quam pro substituendis per eum procuratoribus ex pecunijs que colligentur ex dictis arreragijs. videlicet a proximo preterito biennio tres solidos pro libra, et de antiquioribus arreragijs ultra dictos tres solidos habeat vnum solidum pro libra quolibet anno. videlicet pro precedenti anno quatuor solidos, et sic quolibet anno vnum solidum usque ad decem solidos pro libra, et ultra dictos decem solidos habere non possit, quantumcumque dicta arreragia antiquiora essent. Sic quod residuum deducto dicto salario habeat solui seu deponi per dictum canonicum prout superius dictum est

Item teneatur dictus canonicus examinare omnia compota supradicta etiam si iam alias examinata fuerint audita et diffinita. Et de quantitatibus que per examinationem predictam venient ad utilitatem ecclesie habeat immediate a dicto Capitulo tam de partitis et datis falsis et fraudulosis quam de arreragijs per dictos administratores datis et per eos retenta perceptis pro salario suo et laboribus dictus canonicus quinque solidos pro libra, soluendos per illud membrum ecclesie ad cuius utilitatem dicte quantitates prouenient, Nihilominus tamen postea fiat executio per dictum Capitulum contra dictum falsum et fraudulosum administratorem in persona et bonis taliter quod illi cedat in penam et alijs in exemplum

Et quod facultas ordinandi et addendi dictis capitulis fuit data per honorabile Capitulum honorabilibus bartholomeo figueres Gaspari peyro, petro raymundo Lotres et berengario vila Canonicis qui ordinationi omnium suprascriptorum interfuerunt prout eis videbitur ad vtilitatem dicte ecclesie et singulorum membrorum ac particularium eiusdem.

Die Martis viij. mensis febroarii Anni Mille
simi quadringentesimi septuagesimi quarti
In capitulo sup infrascriptis spali et aliis ecclie
negociis congregato. In quo presidebat R.
pr. dns Berengarius de Sos canonicus et
decanus sedis apostolice prothonotarius, ac
R.mi in xpo patris et domini domini Roderici
Epi Barchinonen in spualibus et tempora
libus generalis vicarius. fuit statutum
pro reformatione cultus diuini In quo
multi defectus. magnaque scandala. in ma
ximam dei ofensam periculum animarum
pniciosumque exemplum et scandalum
plurimorum tam ecclesiasticorum quam laycorum
committuntur. solemnique iuramento corpora
liter prestito stipulatum per prefatum
dominum vicarium et per circumspectos
viros dominos Antonium giner. Martinum
iohannem de foxa. Joannem sorts. Joan
nem cesilla. Natalem garces. Joannem
fexes. Gasparem peyro petrum ronpro
Antonium conjuncta petrum mayminu
dum letores. et berengarium vilo tinor
In dicto capitulo presentes. Et expost per
circumspectos viros paulum de gualbes
Succentorem Lodouicum sirvent. ber
nardum mathei et bartholomeum
figueres canonicos dicte ecclie barchine.
capitulum facien et representantes. quatenus
de cetero dominus succentor quicumque pro
tempore fuerit soluat de suo pp. illos decem
florenos quos annuatim tenet succentoria
soluere tenetur anniuersariis communibus
dicte ecclie. Et quod magister cantus
quicumque fuerit. iuret ad sancta dei euan
gelia quod directe nec indirecte de suo pp.o
nec de sba sua nec de suis distributioni
bus anniuersariorum nec de aliis fructibus
et emolumentis dicti oficii illos soluet nec
parabit aliquo colore quod predicti decem
floreni exsoluantur nisi de bonis et pecu
niis ac sba dicti domini Succentoris. prouiso
tamen anniuersariorum nichil penitus recipiat
de distributionibus dicti magistri cantus. Immo
libere sine dilatione illas eidem magistro
soluat. Et si forte fuerit dictus magister
cantus oficio priuato inconveniens ipso facto
sit priuatus. omissa per dictum dominum vicarium

et Canonici priuilegia iuratum iniurant
Amota dicto capitulo facultate in contrarium
dispensandi si predicta omnia et singula
seruari non fecerint. prefatusque magister
cantus rigorose exequatur penam Sex
denariorum contra committentes defectum
et scandalum in lectionibus et responsis
matutinalibus et in aliis oris. et non
sit ei facultas gratiam faciendi de dicta
pena. Suplensque tale scandalum statim
habeat et recipiat dictos Sex denarios a
distributore anniuersariorum quos sub
pena excommunicationis ipse recipiens facienti
defectum nullomodo restituat. Et si
forte suplens tale scandalum noluerit
dictos Sex denarios recipere per dictum magistrum
cantus deueniat operariis minoribus pueri
bus fabrice aplicandos. Similique iu
ramento statutum quatenus abinde obseruetur
ordinatio sup regimine precentorie et
succentorie In presenti libro folio xxxiiij
descripta Et quod ipsi precentor et Succentor
per se si presentes fuerint exerceant sua
oficia In choro ecclesia et extra. Atque exeat
extra chorum ecclesiam processionem ut
oficium quod tunc celebrabitur Et
nichilominus tamen per canonicos et non
per beneficiatos In omnibus festiuitatibus
precipuis et In omnibus oris diurnis et
nocturnis. In aliis vero duplicibus se
miduplicibus et non precipuis de die
semper Et In eisdem matutinis tamen ali
quando non continuo nec abutendo
sed raro per beneficiatos dicta oficia fieri
procurent sub pena. duodecim denariorum
suplenti defectum incontinenti per
ministrum caritatis exsoluendorum
iuxta formam constitutionis edite contra
committentes defectum In missa Euan
gelio et epistola. Si vero culpa vel
neclegentia dicti magistri cantus in
dicto choro vel ecclesia in matutinis
ut aliis oris fuerit defectus vel scande
lum iudicio dominorum ebdomadariorum
vel alterius eorum chorum regentis in
cidat In penam dictus magister cantus

Fide per Mascal.

Contra succentorem quod soluat decem florenos anniuersariis

Sup regimine precentorie et succentorie.

Puniatur magister cantus

Sex. dicte fabrice dicte ecclesie sine misericordia aplicandorum, et per distributorem denariorum communium de distributionibus dicti magistri cantus excludendorum mandato dicti domini ebdomadarii. fintque in principium ultra juramentum prestitum distributori penarum anniversariorum communiarum quatenus non liceat ei de cetero dominis canonicis nec beneficiatis dare distributiones aliquas nisi in choro vel prefatis dominis canonicis presentibus in capitulo vel laborantibus pro factis et negociis ecclesie. observetque idem distributor ordinationem alias factam et in distributione in choro fienda observatam a quo quidem choro ipso incipiente distribuere non liceat aliquem sive canonicum sive beneficiatum pro quacumque necessitate intrare nec exire donec completa dicta distributio fuerit sub pena privationis integre distributionis illius diei. Deprecantes ac per viscera Ihesu Christi exortantes dominos vicarios et precentores ut silencium in choro teneant. ab aliisque omnibus teneri et observari continuo faciant. quam ordinationem prefatus dominus vicarius observari et exequi ad unguem promisit. Ab aliisque omnibus presentibus et futuris tam vicariis quam precentoribus exequi possit

Die Jovis xx v. mensis Augusti Anni M. CCCC LXXIIII presidente in capitulo honorabili Ludovico sirvent antiquiore canonico. eo quod vicarius reverendi domini Episcopi non aderat. fuit conclusum et ordinatum per dictum honorabile capitulum quod deinceps nullo umquam tempore liceat prefato capitulo arrendare vel vendere seu ad annuum precium concedere fructus redditus et proventus aliquarum prepositurarum aut domus caritatis seu aliorum membrorum ecclesie alicui ex dominis canonicis dicte ecclesie, neque eisdem liceat directe vel indirecte per se vel alium seu alios quovis quesito colore emptiones locationes seu arrendamenta dictorum fructuum et redditum recipere vel acceptare vel partem aliquam in eisdem arrendamentis palam vel oculte. Et si quod si secus factum fuerit arrendamentum seu venditio facta per dictum capitulum sit irrita et careat ipso facto viribus et effectu et pro non facto habeatur. Persone autem que dictam venditione seu arrendamentum acceptaverint. quia non carent fraudis et doli scrupulo ad que evitanda huiusmodi editur ordinatio sententiam excommunicationis incurrant ipso facto. Quorum absolutio reservatur hoc modo et non alias facienda. Videlicet quod capitulum convocetur et celebretur. cum expressione huius cause et confessa culpa in capitulo atque imposita ab eodem penitentia pro transgressione huius ordinationis. iuxta circumstantias delicti commissi absolutio impendatur.

Item dicta die quia turbationes horum temporum colorem prebuerunt ut prepositi et alii qui tenentur iuxe deservientibus ecclesie manus teneant abreviatas. suis utilitatibus inhiantes et de sanctorum deservientium ecclesie locupletari cupientes fuit ut tanto abusui obvietur conclusum et ordinatum quod deinceps nullus ex dominis canonicis recipiat aut alicui ex eis recipere liceat iura mensatarum sive del padris quas recipere debent presentes et deservientes ecclesie nisi per manus botallarii iuxta laudabilem antiquam consuetudinem et ordinationem ecclesie. Si quis autem contrarium fecerit sententiam excommunicationis incurrat ipso facto. Prepositi vero seu administratores prepositurarum aut alii quibus competeret iura canonicalium portionum solvere illa tradant dicto botallario dividenda per eum inter canonicos equis partibus. Si autem prepositi seu alii aliter fecerint quicquid aliter tradiderint habeatur pro non soluto. Nec compensatio possit fieri pro aliquo debito nisi inter ipsos prepositos de portionibus et responsionibus que ratione prepositurarum per ipsos fiunt

neque possit aut debeat per ipsos aliquos ex dictis dominis canonicis simonialiter vel processu gratia fieri seu dimissio alicui prepositi in totum vel in partem de mensatis preteritis nec futuris nisi de consensu omnium in capitulo super hoc specialiter congregato. Contrarium facientes prefatam sententiam excommunicationis incurrant que in his scriptis fertur. ordinationibus contrariis si que sint non obstantibus. Quas duas suprascriptas continuo descriptas conclusiones et ordinationes de mandato dicti honorabilis capituli et ordinatione ac voluntate honorabilis Natalis garces caritatarii ego bugarinus vilaescripsi

Nos Johannes andreas doctor Canonicus et vicarius generalis reverendi in christo domini Roderici episcopi sententiam excommunicationis in prefatis ordinationibus memoratam ferimus in his scriptis

Hiis conclusionibus duabus presentibus scriptis interfui ego Ludovicus sirvent canonicus.

Supra scriptis etiam interfui ego Anthonius giner conclusionibus etc.

Ego Natalis garces canonicus et karitatarius per honorabili capitulo fui presens in predictis duabus conclusionibus desuper scriptis

Die sabbati. xxvii. Augusti Sub presidentia Venerabilis Bugarii de sos canonici et decani ac Reverendi domini episcopi supradicti Vicarii. Fuit statutum & perenniter ordinatum. Quod officium vaserii huius nostre ecclesie quam primum vacare per mortem eius qui idipsum impresentiarum optinet esse suppressum ac sacrario annexum unitum et incorporatum. Quodque sacriste minores ei que ad cadavera funeranda seu sepelienda destinaremus mercedem inferius ordinata integre persolverent. Videlicet pro feretro deferendo et specu fodienda cadaveris quod vulgo Cos dicitur .xiii. denarios. Pro cadavere vero quod albat apud nos dicitur & sandapila deferenda scrobeque fodienda .viiii. denarios. Pro specu seu fossa nocturna quarta pars mercedis pacte cum his qui eam fieri procurabunt. Qui quidem vaserius ad hoc per nos destinandus claustra verrere & cetera que ad munus sepultoris spectant sedulo facere teneatur. Que vaserium nos ad nutum nostrum quotiens nobis placebit mutare ac alium sibi sufficere possimus. et cum necesse fuerit et nobis videbitur alium seu alios ei iungere valeamus. Sacriste vero minores ex redditibus sacrarii sandapilas sive feretra. Ligones sportas. funes. ceteraque ad sepeliendum necessaria eidem vaserio tradere et minus idonea ac usu contrita instaurare teneantur. Librumque rationum aut computorum ab aliis seiunctum ipsarum sepulturarum et emolumentorum ex ipsis procedentium facere teneantur. Mandantes hec in hoc camisie exarari ad futuram rei memoriam;

Die veneris vicesima septima mensis may [illegible] presidente magnifico viro domino Jo. andrea sirvent vicario generali in bibliotheca sedis [illegible] presentibus Reverendis et magnificis viris dominis Archidiacono maiori Decano [illegible] giner archidiacono [illegible] [illegible] ferrario de gualbis. archidiacono [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] peyro berengario villa pero camps pero Raymundo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] navarro Jo. [illegible] de [illegible] pero [illegible] magistro oller bernardo della cena Raymundo Riba bernardo gomis guillermo Raymundo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fuerunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] supra videlicet dominus Jo. navarro [illegible] [illegible] dominus [illegible] Raymundus [illegible] [illegible] dominus [illegible] camps [illegible] [illegible] dominus franciscus [illegible] [illegible] [illegible] dominus bernardus della cena [illegible] dominus [illegible] [illegible] sacriste maiores dominus magister oller [illegible] dominus Guillermus [illegible] maiores

Tercia die sabbati vicesima octava [illegible] mensis et anni presidente [illegible] domino Jo. andrea sirvent [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad electionem aliorum officiorum [illegible] fuerunt electi in organos minores

de Silencio

[illegible] Arrendamentis

ff Redrex del pedris

Suppressio officii vaserii & unio incorporatio et annexio eiusdem facta sacrario

Pro cymbalis aut seu campanis sonandis quinquaginta solidos

Disponso anthonius II dias Guillermus
et Damianus sayz
Sacriste minores disposui ontonius palau
petrus torrobia
ponatur salarium in magiordomum pre elemosine
miquaell ferrer in ministrale dicte elemosine
In monacum miquaele cubarer omnes p[er] uiam
Spiritus sancti

hora uero uicesima die dictorum mensis et anni
presidente dno Johanne andrea sors vicario
generali et presidente dicti canonicis fuit electus
bosterius amministrator dispensans franciscus vinia
eodem die post meridiem coadunato capitulo
de mandato mag[nifi]ci uiri dni Jo. andree sors hora
vesporum in quo dictus dns Jo. andreas sors
aliquantulum permansit et in eius absentia mag-
nificus dns ludouicus desplá a capitulo reg-
situs pro absentia dicti dni andree sors et aliorum
vicariorum ad electionem, [+ electis pro nullis faciendis] presidendo processit presen-
tibus dictis canonicis Georgio sanz Gaspare peyro
berengario villa petro Raymundo Ulzeres francisco
de milla Guillermo ferrer Jo. sone de borrell Jo.
nauarro bartholomeo riunesser magistro oller
Bernardo dela carra ontonio cedo oreganio mi-
tendo in quo capitulo fuerunt electi subsequentes

Dispensans Johannes mayor in panatarie maioris
amministratore
Dispensans manuel verdeguer in administratore
domus hantarie
dispensans bernardus olineres in monachum
Johannes anleda in porterium
Johannes comber in custodem altaris magnum
et franciscus blanes in magistrum serimoniarum
omnes per uiam Spiritus sancti

Et dictis die et anno coadunato capitulo et fuit
distribucionem corporum presidente dicto dno sindicatu
uno magiori fuit processum ad distribucionem corporum

audirent [illegible]

ad corpora elemosine } berengarius villa
} guillermus ferrer

ad corpora amministratorum } Johannes sone de borrell
} petrus campos

ad corpora de pastrum } Raymundus de ribera
} Gaspar peyro

ad corpora sacristie } bartholomeus oller
} franciscus de milla

ad corpora carcaris } bartholomeus riunesser
} Johannes nauarro

ad corpora fabrice } bernardus dela carra
} ontonius cedo

ad corpora manuelis
verdeguer loco ontonii
oguillana fuit deputatus petrus campos
uid[elicet] in mag[istr]o uiro dno fr. martino de sexa

Die xxiij Junij coadunato capitulo congregato

presidente ad s[upra] dicto die in presentia de
sexa uicario generali fuerunt congregata
capitula sindica p[er] dnum mesem presentibus
bgo antistitio Georgio magiori ludouico sor-
nem Georgio sanz Johanne andrea sors
Gaspare peyro Raymundo Ulzeres bartholomeo
riunesser berengario villa francisco de milla gui-
llermo ferrer Bernardo gomir ontonio
mercado ontonio cedo uiro dela carra
bartholomeo oller

[illegible] Octaua mensis nouembris presidente [...] dno
dicto Jo. andrea sors uicario generali [...]
dicto fuit conclusum et ordinatum quod cum
preteritum aliqui prepositure renunciaue-
runt fieri p[er] prepositos propter summam tenuita-
tem et diminucionem penes capitulum fuit et
dubitatum ne dicte prepositure et elemosina ad
talem ruinam et destructionem veniant ideo co-
gnita hactenus non fuerunt bene defense et
sit uerum quod dictum capitulum duos aduocatos
tenere solet et nunc sunt aduocati magnifici
uiri dni Andreas solzina et Beraldus gordiola
iuris doctores et ipsi solummodo habeant salarium
de elemosina et amministrariis et dictus Andre-
as solzina certum salarium de caritate habeat. Ve-
rum dictus Beraldus gordiola de eadem caritate
hactenus nihil habuit et ipsi ambo nihil de
dicto capitulo habeant et nullus ipsorum est
destinatus ad aduocandum dictas prepositures.
Nos uero cogitantes circa utilitatem eiusdem ca-
pituli domus caritatis et dictarum prepositurarum
ideo statuimus et ordinamus ut in dicto capitulo
sit aliquis aduocatus qui habeat aduocare cau-
sas ipsarum prepositurarum sine sint penes capitu-
lum uel prepositos. Et et habeat aduocare cau-
sas ipsius capituli et caritatis et ipsius do-
mus. Considerantes scientiam experientiam et bo-
nam dispositionem dicti dni Beraldi gordiola
qui est unus ex aduocatis capituli uolumus
et expresse ordinamus ut uobis addantur labo-
res itaque uos habeatis esse aduocatus non modo
elemosine et amministratorum uestre sedis barchi-
nonensis sed et habeatis specialem curam aduocandi pre-
positurarum et capituli et et habeatis aduoca-
re caritate et eius domum. Et quia ut dic-
tum est uos solummodo salarium de dicta elemosi-
na et amministrariis habetis et nullum salarium
de aduocatione dictarum prepositurarum capituli ca-
ritatis et eius domus percipiens, et postquam addit
uobis in labore est iustum quod addatur in salario
et emolumento. Ideo uolumus disponimus or-
dinamus et uobis p[ro]mittimus quod uos dicte ca-
ritatis aduocatione et onus et aduocare habe-
atis non tantum elemosinam sed et capitulum ~~[...]~~
prepositurarum caritate et eius domum et uos ha-
beatis ultra salarium quod quolibet anno ha-
betis ab ipsa elemosina et amministrariis ab
isto die in antea qualibet die unam cano-
nicalem porcionem panis et cum pro laboribus
uestris assignamus. Et sit finis conclusum in-
ter nos capitulum et uos. Et mihi petro
campos canonico et camerario pro dicto ue-
nerabile capitulo permissum ut huiusmodi or-
dinationem in presenti libro scriberem

1489 In nomine domini amen. Die lune prima mensis Junij de anno a nativitate eiusdem domini
mº ccccº lxxxº nono Barchinone congregato
Capitulo Barchinone ut moris est et
in quo tunc presidebat honorabilis dominus Johannes Andreas Bosch Canonicus et vicarius
in spiritualibus Reverendissimi in Christo patris et
domini domini Frenandi (?) Episcopi Barchinonensis
in remotis agentis vicarius necnon et
pro indiviso venerabiles Ludovicus plano maior, Anfonsus Otto, Janet Rempley (?) et
Ferrarius mysolaci (?) Gabrielis Valley archidiaconus, necnon et Ludovico Fuent (?),
Guillermo Lull, Martino Johanne de
Foxanis, Gaspare Pardo, Berengario Villa, Bartholomeo
Trauesser, Bartholomeo Oller, Francisco de
Avila, Petro Caps, Enrico de la Canal, Benedicto Michaelis, Anthonio Otto, Bartholomeo Benart, Petro Draget (?), Bernardo Gomir, Petro Buada, Canonicis dicte
ecclesie Barchinonensis, omnes concordes et gracia Spiritus Sancti processerunt ad electionem
et deputationem officiatuum maiorum dicte
ecclesie Barchinone et sic fuit electus hospitalarius dominus B. Trauesser, elemosinarius
B. Villa, Cantatoris Anthonius Otto, procuratores anniversariorum P. Buada, Sacriste
domini Ludovicus Michael et Petrus Draget (?),
operarii domini Gaspar Pardo et Bartholomeus Benart

Dicta et eadem die et paulo post prefatos
quondam dominus vicarius et canonicos fuit
processum ad electionem officiatuum minorum
videlicet procuratores anniversariorum communium Jacobus Busquets, Bernardus Tinedis (?),
batores Conduranas (?) distributionum communium
Gabriell Mas, operarii minores fabrice,
regentes fabrica Johannes Jacobus Segur,
et Andreas Garre, Regentes sacristia
Ethetanus (?) Teres et Michaell Cala, Magistri
Mathematicus (?) Tumerianus (?), Petrus Tunobia (?) pro
sede Barchinone, Monagis (?) sine pulsatores
Simbolas, Paulus Barbara et Nicolaus
Cabater, Custos altaris maioris
et Cancelli Johannes Gombert, portarius
sive custos claustri Petrus Caballer, et in
eadem sede conductum. Matoi domus
Elemosine Ponsius Balanya, Ministra
lis Capitulari Bartholomeus Frances, alis Porter,
Ministralis pampenii Berengarius Llanes

Dicta die et eodem loco fuerunt electi
et deputati auditores compotorum officiorum preteritorum videlicet ad compota
Elemosine dominus Ferrarius Nicholau de
Gabrielis et Ludovicus Fuent ... ad compota
anniversariorum domini Jo. Mar. Fopa (?)
et Anfonsus Otto, ad compota Cantatoris dominus Bartholomeus Oller et Ludovicus
Michaelis, ad compota fabrice dominus Petrus
Caps et Franciscus Avila, ad compota
Sacristie domini Guillermus Lull et Bartholomeus Benart,
ad compota pristinii (?) dominus P. Caps et F. Avila

Dicta et eadem die ... prefatus ... ad deputandum
... dominus Jo. An. ... et presentibus ...
... Canonicis ... deliberando et ...
conclusione decreverunt et deputandum ...
et de ... maiorem ... et cau
telam omnes officiales ... adeo
tra predicta deputari et de ... deputa
di et qui pecunias administrant dent
fideiussores, pro reddenda racione solvenda
compotorum suarum administrationum ad
notitiam et cognitionem alterius ex dominis
vicarius et unius Canonici deputandi
et ad hoc eligendi

Fideiussores prestandi in administrationibus

1495 In nomine domini amen die mercurij decima nona mensis
Augusti anno a nativitate domini mº ccccº lxxxxvº convenientes Capitulo presidente
domino petro Raymundo Loteres vicario Reverendi domini Episcopi
Barchinonensis more solito et precedenti die Capitulo
pro infrascriptis specialiter et alijs negocijs ecclesie
generaliter congregato interfuerunt in eodem Capitulo
domini Canonici infrascripti quibus per dictum dominum Raymundum
Loteres fuit expositum quod cum Reverendus dominus Episcopus eadem die
post meridiem rediens de curia Serenissimi domini
Regis ingressurus esset hanc Civitatem petijt propterea
deliberari per dictum Capitulum et mandari monachis
quod campane sedis in dicto domini Episcopi ingressu pulsarent
et dum super huiusmodi peticione inter dominos Canonicos
tractaretur introivit in locum dicti Capituli discretus
Franciscus Comelles procurator fiscalis curie dicti
domini Episcopi qui etiam ex parte venerabilis domini Nicolai Pellicer
canonici et vicarij dicti domini Episcopi petijt deliberari quod campane
pulsarent tandem habito inter dictos dominos Canonicos super predictis
tractatu et examine debito et recensito inter eos quod
dumtaxat in primo ingressu Regis Regine primogeniti
Cardinalis Legati Archiepiscopi Terraconensis metro
politani et Barchinonensis Episcopi fuit et est solitum et con
suetum in hac Ecclesia campanas pro primo introitu pulsari
et non in alijs introitibus seu adventibus eorum propterea et
alijs pluribus respectibus iustis bonum et decore huius Ecclesie
concernentibus prefati domini Canonici Capitulum celebrantes
deliberaverunt et concorditer et nemine discrepante deliberaverunt et de
terminaverunt quod in ingressu dicti domini Episcopi hodie in hac
Civitate rediendo campane nequaquam pulsarentur et quod
mandaretur monachis qui pro dicto Capitulo officium
pulsandi campanas tenent nequaquam in dicto introitu
pulsarent et huius determinacionis et conclusionis dictis
honorabili petro Raymundo Loteres et discreto Francisco
Comelles fisco supradicto fecerunt eis qui sonari pecierant
responsum sed nichilominus obtulerunt quod cum honorabili
comitiva ipsi domini Canonici occurrerunt obviam eidem Reverendo domino
Episcopo ad honorandum eius regressum et ingressum in hac
Civitate et congratulandum ipsi domino Episcopo et de eius leto ad
ventu. Fuitque dicta deliberatio et determinatio prefatis
monachis et alijs qui pecierant campanas campanas
pulsari notificata. Et fuerunt presentes in dicta delibera
cione et determinacione Canonici sequentes qui man
darunt predictam Capituli determinacionem conclusionem
et ordinacionem in libro camisie nuncupato dicti Capituli
per me Benedictum Miquaelis Canonicum et Camerarium
describi et continuari ut consuetum est. Nomina eorum qui
in dicta determinacione et conclusione interfuerunt et
presentes fuerunt: vicarius Raymundus Loteres, Archia
presbiter Saccenensis (?) Canonicus, Archidiaconus de Mari, L.
Cervet, Jo. Martinus Foxa, Jo. An. Sorts, G. Sans, G.
Pedro, P. Caps, A. Continua, G. Ferrer, F. Delmyla (?),
P. Deumers (?), A. Orts, A. Ribes, C. Guaran, B. Miquel.
Omnes Canonici dicte ecclesie quam conclusionem et deter
minacionem Ego Benedictus Miquael de mandato dicti
Capituli manu mea scripsi Canonicus ac Camerarius

Campana pulsatio

Die Jovis vicesima mensis Augusti anno a nativitate domini
mº ccccº lxxxxvº congregato Capitulo convenerunt et interfuerunt
sequentes: Nicolaus Pellicer vicarius Reverendi domini Episcopi,
archidiaconus de Mari, L. Cervet, Jo. Foxa, Johan
Sorts, G. Pedro, P. Camps, A. Continua, F. Del
mila, B. Oller, A. Orts, A. Codo, A. Ribes, B. Miquel.
Inter quos fuit actum et tractatum de et super violencia
facta monachis Ecclesie et pulsacione campanarum
preterito die facta contra determinacionem factam
in Capitulo in qua quidem violacione et execucione
contra deliberacionem dicti Capituli et contra voluntatem
dictorum monachorum ad quos dumtaxat pertinet pulsare
campanas fuit habita informacio quod intervenerunt
et coegerunt campanas pulsari discreti Franciscus
Comelles et Jo. Campanya et nonnulli alij qui arreptis
violenter cordis campanarum coegerunt ipsas pulsari
propterea omnes Capitulum facientes et representantes
deliberarunt et determinarunt concorditer et nemine
discrepante attentis premissis deliberacione et de
terminacione per Reverendum dominum Episcopum vel eius vicarium et
Capitulum facta quod dicti F. Comelles et Jo. Campanya
et alij beneficiati Sedis qui premissis interfuerunt
contra predictam deliberacionem et conclusionem sint privati
et privarentur ad annum de distribucionibus condamnis (?)
et inhabiles perpetuo ad officia et ad honores Ecclesie et
ad maiorem cautelam fuit commissum dominis L. Cervet,
Jo. Foxa, Jo. An. Sorts, G. Pedro quatenus super ulte
riori provisione periudiciorum illatorum Ecclesie et
eius reparacione et reintegracione moderacione remissione
et restitucione procedant et provideant prout eis
videretur. Et quia dominus Nicolaus Pellicer asserebat
quod istud Capitulum non erat legitime congregatum
et convenerunt fuit requisitus quatenus ad crastinum
diem iterum Capitulum congregaret quod et fecit
asserebat enim ipsi domini de Capitulo illud Capitulum fuisse
decenter et legitime congregatum. Et in continenti prefati
quatuor commissarij mandarunt discreto Miquaeli Casadevall
nunc pro bursario et distributori ut prefatos Franciscum Co
melles, Johanem Campanya et alios predictos a distribucionibus
privaret quod Miquael Casadevall obtulit se predicta facturum
et obedire eorum mandatis

No de privatione per anny (?)

et de inhabilitate perpetua ad officia et honores ecclesie

Die Sabbati xij mensis Septembris anni predicti
mº ccccº lxxxxvº in Capitulo in quo presidebat honorabilis
petrus Buada Canonicus et vicarius Reverendi domini Episcopi exposuit
in dicto Capitulo quod Reverendus dominus Episcopus super aliquibus defectibus
vel excessibus intendebat procedere contra personam
honorabilis magistri Oller Canonici petijt a dicto
Capitulo ut daret aliquem Canonicum in adiunctum
et more solito et debito contra ipsum Bartholomeum
Oller posset procedere. Et in continenti per eundem
Capitulum fuit datus et assignatus in adiunctum prefato
Reverendo domino Episcopo vel eius vicario honorabilis Bernardus
Vila Canonicus qui una cum prefato Reverendo domino Episcopo
vel eius vicario procederet contra prefatum Bartholomeum
Oller in omnibus processibus et enantamentis usque
ad diffinitivam sententiam et finem cuiuslibet cause prout
constat instrumento recepto per dictum Dalmacium Ginabre
notarium de predicta

Adiunctus

1495

A.

1495 — Die veneris xxi augusti anni predicti m cccc
lxxxv presidente vicario Nicolao pellicer R. dni epi
Barchinonen fuit factum instrumentum publicum in
posse discreti dalmacij ginabret notarij dicti Capli
cum narracione supplicationis conclusionis et or-
dinacionis in dicto Capitulo xviij et alia ex presentis
mensis augusti factarum prout in dicto instrumento
constat et ut memorie habeatur Ego benedictus
miquael canonicus ac Caritaterius de mandato
dicti Capituli de predicto instrumento mensionem
facio

1495 — Die lune quinta mensis octobris anni predicti m
cccclxxxxv presidente vicario in dicto Capitulo honorabili
petro Raymundo loteres Canonico fuit facta certa
commissio honorabilibus Ludouico ceruer martino Jo. de
fora Johanni andree sorts et Gaspari peyro super
prosecutione causarum exortarum et de certis oriendarum
prout constat instrumento recepto dicta die per dictum damatium
ginabret notarium

1495 — Die veneris viiij mensis octobris m cccclxxxxv
conuocato Capitulo mane hora assueta per comunem
nuncium presidente vicario dicto dno petro Ray-
mundo loteres canonico in qua interfuerunt et
presentes fuerunt honorabiles Ja. fiella decanus N.
vonira archidiaconus de mari F. degualbes arc
vallensis L. cerner. Jo. an. sorts. p. campos. B.
vila. G. fferrer. F. del mila. B. oller. En. de la
carra. A. ribes. C. garau. N. pellicer. B. miquel
et per vicarium fuit conclusum unanimiter et concorditer
quod cathedra gramatices studij generalis sit ad
vitam discreti magistri Jo fferrerij cum emolumentis
et quod possit in forma stendi attenta merita eiusdem
magistri johannis fferreri et labores maximos
quos a iuventute sua continue et cum maxima
diligencia sustinuit in studio dicte Ciuitatis instruendo
in gramaticis et sciencijs artium liberalium omnes filios
naturales et extraneos dicte Ciuitatis usque in
presenciarum sue senectutis et decrepitudinis ne
cogatur per mendicitatem vitam suam querere et si opus fuerit
possit aliquem loco suo ydoneum in suo exercicio substituere
de quibus Ego benedictus miquael ut de predictis
memoria habeatur instrumentum de mandato dicti Capli
presentes ordinacionem conclusionem et deliberacionem
manu propria in presenti camisie libro scripsi

1497 — In nomine dni amen Die sabbati vicesima tercia mensis
marcij anno a natiuitate dni m cccclxxxxvij in generali Caplo
quod de more tunc celebrabatur quod quidem Capitulum ad sequentem
fuerat specialiter conuocatum et ad sonum campane in
domo Capituli congregati mandatum in quo Capitulo
presidebat Rdus in xpo pater et dns dns petrus dei gratia
epus Barchinone et erant presentes venerabiles
Canonici infra nominati. Rdus dns dns petrus epus Barch.
dns Ludouicus despla Archidiaconus maior. Jacobus fiella decanus.
ferrarius degualbes Archidiaconus vallensis. Nicolaus Roura
archidiaconus de mari. Ludouicus Ceruet. Martinus Johannes
fora. Johannes Andreas sorts. Jeorgius Sans. Gaspar
peyro. petrus Campos. Berengarius vila. petrus Raymundus
loteres. Guillermus ferrer. franciscus del mila. Bartholomeus
oller. Bertrandus. enricus de la carra. Benedictus miquel.
Anthonius orts. petrus Buada. petrus de vineis. Anthonius
codo. Anthonius Comunia. Bartholomeus Salauert. Anthonius
Riba. Gabriel miro. Nicolaus pellicer. Christoforus
garau. Monitis prefatis dnis Canonicis per memoratum
Rdum dnm Epm ut ad comodum et beneficium ecclesie intenti
viles ecclesie predicte eligant et ad electionem officialium
ecclesie fuit processum fueruntque in officiales pro biennio
futuro qui sequuntur

Ideo sunt hospitalarij honorabiles	dns Berengarius vila dns petrus campos
Elemosinarij sunt	dns Jo. andreas sorts dns Raymundus loteres
Caritaterius	dns Benedictus miquel dns Bartholomeus oller
Sacriste	dns Anthonius Codo
Protector anniversariorum	dns petrus Buada
Protector sacramentalium	dns Enricus de la carra
Operarij	dns Christoforus garau dns Gabriel miro
Protectores prepositurarum	dns Ja. fiella dns martinus Jo fora
Procurator anniuersariorum	petrus clariana
Maiordomus Elemosine	poncius Salanya
distributor pecunie anniuersariorum	miquael casa de mur
Regentes sacristiam	paulus font
Regentes operam	Jacobus Segur andreas gallia
Monachos	petrus aymo Jo Roger
poterius gabriel carbo	carbo
In ministralem pastrirum	berengarius stemol
In ministralem canonice rubee	Jacobus Salanya
In custodem altaris maioris	Jo gonbert
In custodem librarie	franciscus ferrer

Auditores compotorum pro biennio proxime pre-
terito fuerunt deputati sequentes honorabiles dni Canonici

Ad compota elemosine	dns ferrarius degualbes dns petrus Raymundus loteres
Ad compota Caritatis	dns Jo andreas sorts dns enricus de la carra
Ad compota pastrirum	dns franciscus del mila dns benedictus miquel
Ad compota anniuersariorum	dns lodouicus ceruet dns gaspar peyro
Ad compota fabrice	dns petrus campos dns gabriel miro
Ad compota sagestie	dns anthonius orts dns anthonius riba

auditores compotorum

Die mercurij xxxi et ultima mensis maij anno — 1497
a natiuitate dni m cccclxxxxseptimo in generali
Caplo quod de more tunc celebrebatur quod quidem Capitulum
ad sequenciam fuerat specialiter conuocatum et ad sonum
campane in domo Capituli congregatum mandatum
in quo presidebat Rdus in xpo pr. d. dns petrus dei
gratia epus Barchinonen et erant presentes venera-
biles Canonici infra nominati videlicet. Rdus dns
berengarius. [illegible] archiepiscopus tarraconen. dns Ludouicus
despla archidiaconus maior. dns Jacobus fiella decanus.
fferrarius de gualbes archidiaconus vallensis. Johannes
andreas sorts. Georgius Sans. Gaspar peyro. petrus
campos. Berenguarius vila. Anthonius comunia. petrus
raymundus loteres. Guillermus fferrer. ffranciscus del
mila. Bartholomeus oller. Bertrandus enriques de la carra.
Bartholomeus salauert. Benedictus miquel. Anthonius
orts. petrus buada. petrus vinyes. Anthonius codo.
Galcerandus albanel. Anthonius riba. Gabriel miro.
Nicolaus pellicer. Christoforus garau Monitis prefatis
dnis Canonicis per memoratum Rdum d. Epm ut ad
comodum et beneficium ecclesie intenti viles ecclesie predicte
eligerent post eius a domo Capituli discessum presidente
ipsius vice honorabili d. Anthonio codo eius vicario in
spiritualibus et temporalibus generali ad electionem officialium
ecclesie fuit processum fueruntque in officiales ecclesie pro
biennio futuro qui sequuntur electi

In administratore hospitalis sancte + — dns petrus vinyes
In elemosinarium — dns Gaspar peyro
In Caritaterium — dns Anthonius riba
In sacristam — dns franciscus del mila

In protectorem anniversariorum — dnus Jo. [illegible]

In protectorem necessariorum capli — dnus [illegible]

In operarium — dnus Anthonius Gode

In protectores expositiorum — dnus Anthonius Sanita / dominus Ja. Terlla

In procuratorem anniversariorum — Gullerd clariana

In maior domus elemosine — Jacobus Scala

In distributorem pecuniarum aniversariorum — Anthonius claver

In sacristas minores — Benedictum fil. [illegible] / Geronimum [illegible]

In operarios minores — Jo. benet capila / P. Johan de palau

In monachos — petrus spinalt / bartholomeu palmer

In portarium — petrus miquele cetina

In ministratorem pistrini — barega ~~[illegible]~~ stangol

In ministratorem cane rubee — Jacobum Salanya

In custodem altaris — Johannes auleda

In custodem librarie — franciscum ferer

Auditores compotorum pro biennio proxime preterito fuerunt deputati sequentes honorabiles dni canonici

Ad compota elemosine — Loteres / gualbes

[illegible] Ad compota Caritatis — Ferrer / Salaner

Ad compota pistrini — Campos / benet angel

Ad compota anniversariorum — Anada / Vila

Ad compota fabrice — miro / Comina

Ad compota sacristie — Coller / Conyla

Die lune [illegible] mensis septembris anno 1507 [illegible] dominus [illegible] Convocato capitulo ut moris est in quo fuerunt presentes Joannes Torres [illegible] generalis in spiritualibus et temporalibus pro reverendissimo domino Enrico de Cardona in episcopum ecclesie Barchinone electo. Et domini Martinus Jo. desfoxa et Franciscus Vila et benedictus Michaelis et petrus mestre ac mathias Ferrer et Jacobus Font Arnau et Jo. benda et ludovicus ximeniz et Anthonius pla canonici predicte ecclesie. Quia maiorales confratrie Immaculate conceptionis gloriose virginis Marie matris dei conquesti fuerunt quod dolenter referimus quod nonnulli prefate gloriose virginis marie integritatis seu puritatis detrahentes verba nonnulla publice et maxime in pulpito huius ecclesie ex eorum ore manu lato proferunt et predicant malivola et auribus catholicorum male sonantia puritatem conceptionis eiusdem virginis denegantes propter que scandala audientibus et immaculate conceptionis virginis marie devotis generantur non parva que ideo magis scandalosa videntur quod in ecclesia huius loco ita eminenti publicant ideo ut predictis obviaretur scandalis et huius opinio tam sancta pia et devota ab omnibus quanti in nobis fuerit teneatur et plurimum predicaretur statuit in dicto Capitulo dictum fuit ut deinde in perpetuum quicumque cuiuscumque status sive ordinis sit qui de cetero eligatur in lectorem et predicatorem huius Sedis Barchinone teneatur solemniter et si religiosus sit cum auctoritate sui superioris iurare in dicto Capitulo in manibus reverendissimi domini Episcopi vel eius vicarii quod firmiter tenebit et predicabit tam in sermonibus quam lectionibus suadente materia per totam vitam suam opinionem piam sanctam et devotam quod virgo sacratissima mater dei fuit concepta sine originalis peccati macula. Et nunquam illam contra pre[dicabit] ... quovis quesito colore nec simpliciter nec contrarium asseret. Et hoc sub pena privationis officii et salarii debiti et debendi et inhabilitatis ad obtinendum officium aut beneficium quodcumque in dicta ecclesia tunc infamis et periurus. Et fuit etiam deliberatum quod huius conclusio scribatur in libro dicti [illegible] cum subscriptione magnificorum dominorum Canonicorum Martini Jo. desfoxa et Francisci Vila et Anthonii pla. cum predicto Capitulo die mense et anno ac postulatis quibus supra.

Vidi et subscripsi ego Martinus Jo. desfoxa

Vidi et subscripsi ego franciscus de vila

Vidi et subscripsi ego Anthonius pla [illegible]

Index omnium [illegible] in presenti libro vulgo dela Camisa contentorum

A

B

C

Duplicat

E

F